DE LINGUARUM INDOGERMANICARUM SUFFIXIS PRIMARIIS: SECTIO PRIMA : DE ADJECTIVIS SUFFIXO -U- FORMATIS

Oskar Weise

DE
LINGUARUM INDOGERMANICARUM
SUFFIXIS PRIMARIIS.

SECTIO PRIMA.

DE ADJECTIVIS SUFFIXO -U- FORMATIS.

DISSERTATIO INAUGURALIS

PHILOLOGICO-LINGUISTICA,

QUAM

CONSENSU ET AUCTORITATE

AMPLISSIMI PHILOSOPHORUM ORDINIS

IN

ACADEMIA GEORGIA AUGUSTA

AD

SUMMOS IN PHILOSOPHIA HONORES

RITE CAPESSENDOS

SCRIPSIT

OSCARUS WEISE

ALTENBURGENSIS.

GOTTINGAE

TYPIS EXPRESSIT OFFICINA ACADEMICA HUTHIANA.

MDCCCLXXIII.

Quaestio de suffixo aliquo instituta, quam sit jucunda grataque viris doctis, ex recensione illa facile cognosci potest, quam Leo Meyer (K. Z. VII p. 438 sqq.) de Budenzii dissertatione suffixum Graecum *-κος* tractante scripsit. Quamquam enim jam fuerunt viri, qui de hac grammaticae comparativae parte disseruerunt, tamen, quod totam nominum suffixorumque nominalium originem complectatur accurateque exponat, opus etiamnunc desideratur neque antea in lucem prodire poterit, quam de singulis suffixis explanatius diligentiusque disputatum erit. Quae quum ita se habeant, induxi animum scribere de adjectivis suffixo u formatis Graecorum maxime ratione habita; et in lingua quidem Graeca praeter adjectiva suffixo *υ* = u formata omissis compositis etiam ea tractabuntur, quae suffixis *-ρυ*, *-τυ*, *-συ*, *-λυ*, aliis praedita omnino in *-υς* desinunt, in aliis autem linguis, in quibus major eorum est numerus, praetermittuntur. Jam in hoc libello quamvis magnam imprimis Graecae linguae operam dederim, factum fortasse est, ut nonnulla aut per imprudentiam praetermiserim aut non justo ordine explicuerim; id quod evitare perdifficile fuit in tanta rerum copia et varietate. Quare quum ad propositam materiem perscrutandam non solum summa linguae Graecae cognitio, verum etiam cognatarum cum Graeca linguarum scientia non parva necessaria sit, ego autem pro aetate mea non tam multum in his linguis versatus neque comparativae grammaticae studiis satis imbutus sim, statim initio venia ut detur mihi hic vel illic erranti oro quaesoque.

Attamen priusquam ad rem ipsam progrediamur, de iis rebus, quas jam a viris doctis inde a condito grammaticae comparativae studio de suffixorum origine enucleatas habemus, est cur paucis moneamus. Et Fridericus quidem Schlegelius,

qui primus, ni fallor [1]), populorum, ut ita dicam, Indogermanicorum cognationem opinatus est, in libro, quem anno hujus saeculi VIII edidit inscriptum 'Sprache und Weisheit der Indier' demonstrasse eam satis habuit e specie verborum externa, ita ut, quae in singulis linguis similibus literis scriptae erant radices, eas inter se compararet. Quam viam ut ingrederetur, tantum abfuit Boppius, vir ill., ut novam potius et eam firmiorem doceret ineundam. Quam ob rem summo jure comparativae grammaticae appellatus est conditor. Nam postquam in commentatione illa, quae prodiit Francofurti ad Moenum anno h. s. XVI nonnullorum Asiae et Europae populorum conjugationis comparatae systema ante oculos nobis posuit verbumque in lingua Sanscrita eodem modo flecti atque in Persica, Graeca, Latina, Germanica optimis confirmavit argumentis, analysi et explicationi formarum grammaticarum maximam impendens curam multas etiam alias composuit commentationes, quas postea ita inter se contexuit, ut stupendum illud grammaticae suae comparativae opus efficeret. Hoc modo, ut G. Curtii verbis utar (d. n. Gr. f. p. III), ‚conjugationem quidem et declinationem Boppius recens constituit', sed nominum formationem passim tantum data occasione tetigit. Deinde Fr. Aug. Pottius, v. cl., qui in verborum etymologiam indagandam maxime incubuit scientiaque sua magnopere miranda omnium fere Asiae et Europae populorum ac nescio an alias orbis terrarum linguas animo complecti studuit, jam magis, quam Boppius ei, de qua agimus, rei operam navavit. Posteri vero, quum Graecam praeter ceteras linguam amarent, aut ab hac profecti aut unius hujus studio contenti suffixa tractare solebant. In quorum numero est G. Curtius, vir ill., qui totum fere usque ad hunc diem sese dedit linguae Graecae cognitioni. Et primum quidem inaugurali sua dissertatione philologica de nominum Graecorum formatione accurate disseruit, ad quam rem, quamvis paucis, in elementorum, quae scripsit, Graecae etymologiae libro I rediit. Statuit autem, quae omnino est virorum doctorum sententia, unicuique voci subesse radicem

---

[1]) ne dicam de excellentibus, quos Britannia tulit, viris Jones, Colebrooke, Wilkins, Wilson, Prinsep, Cowell, aliis, quibus primam omnino linguae Sanscritae cognitionem debemus.

sive stirpem, ex qua additis suffixis nomina orta sint. Nec tamen suffixa inter se comparat et unde profecta sint, uberius dicit, sed radicem et significationem verborum cum cognatis linguis conferre satis habet (Etym.[2] p. 74 al.), nisi forte id commemorandum, quod (Etym.[2] p. 71) dicit nominum suffixa sibi plurima videri pronominum stirpes. — Sed ad longe aliam sententiam alii viri pervenerunt, qui suffixa propagata et quasi viva esse putant, adeo ut, quum sensim corrupta videantur esse, aliud ex alio ortum sit. Quam sententiam primus protulit maximeque confirmare studet Th. Benfeyus (in majore sua Grammatica Sanscrita, K. Z. IX p. 81 sqq., alibi) vir saeculorum memoria propter sua in linguas Sanscritam et Graecam merita dignus, quem secutus est L. Meyer grammatica sua comparativa linguarum Graecae et Latinae. Et Th. Benfeyus quidem, cujus auctoritatem hac in re maxime respiciendam esse nobis duximus, primariam suffixorum nominalium [2]) formam participiorum terminationem ‚ant' esse censet, quam ipsam ex ‚anti' corruptam esse dicit, tertiae pluralis personae terminatione. Sed quum etiam duae aliae hujusmodi formae exstent vant et mant, quae et ipsae participiorum formationi inservire solebant, has proxima cum ‚ant' conjunctas esse cognatione non possumus, quin arbitremur, adeo ut suffixum mant ex vant processerit (de quo literae v in m transitu dixerunt Th. Benf. Gött. Gelehrt. Anzeig. 1852 p. 566 init., L. Meyer Gr. II p. 261 sqq.), vant autem litera v, quae est pars reliqua participii perf. act. verbi bhû = babhûvánt- (cf. Theod. Benf. Gött. Gelehrt. Anz. 1846 p. 898) ex ant auctum sit [3]). Jam suffixa ant et mant, praesertim quum de origine et usu suffixi u scribere propositum nobis sit, hoc loco nihil curamus [4]), sed studium nostrum potius in tractando suffixo vant collocandum

---

[2]) Quid? quod Frid. Mueller (Or. u. Oc. II, 127—132) etiam cardinalia cátur, páñcan, shash, sáptan, áshṭan, návan, dáçan ad primariam in ‚ant' formam reduxit: catvant (√tu), pancant (√panc = apa + anc, pandere) kswant (Zend. khshwas √çu) saptant (√ἑπ = sequi) ashṭant (√ακ cf. acus) navant (cf. νέϝος, náva-s) daçant (= dva + [pañ-] can = bis quinque).

[3]) cf. etiam Benf. Gr. Scr. maj. § 358.

[4]) infra videbimus suffixum u in nonnullis vocabulis etiam ex ‚ant' natum esse demonstrari posse.

esse nobis visum est, ex quo u plerumque corruptum esse persuasum habemus. Vant autem in Sanscritis et Graecis participiis perf. activi apparere, in Vedicis vero hymnis ex omnium activi temporum participiis (cf. Christ. p. 277) cognosci posse inter omnes constat. Nec tamen in Graeca quidem lingua suffixum vant hanc formam retinuit, sed attenuata vocali a in o [5]) ejectaque, ut etiam in lingua Sanscrita, litera n in formam ϝοτ transiit, quam Homeri aetate etiamtum in usu fuisse L. Meyer exemplis ex Homeri libris allatis satis aperte demonstrat (Gr. II p. 221). Quum igitur in hac participiorum terminatione omnibus linguae Sanscritae temporibus primaria litera a, in sermone Graeco autem eadem, sed in o imminuta, reperiatur, Graecis ipsis scilicet jam ab Indogermanorum stirpe Asiatica segregatis et nescio an cum reliquis Europae gentibus cognatis etiamtum conjunctis vocalis illam mutationem attribuendam esse necessario sequitur. Sed ut taceamus de litera v, quae apud Homerum in hujusmodi vocibus etiamnunc exstat, apud posteriores autem linguae Graecae scriptores non legitur, traditam et antiquitus acceptam positionem vant satis puram Graeci conservarunt. Quare eos diutius veterem suffixorum formam in verbis retinuisse conicere licet, quam in nominibus. Quae sententia re vera commentatione nostra comprobatur [6]). Nam quum, id quod hac dissertatione demonstrandum suscepimus, nominum, quae et ipsa primitus participia fuerunt (cf. Th. Benf. K. Z. IX p. 81 sqq.), suffixum vant paulatim, sed priusquam Europaea Indogermanorum stirps ab Asiatica disjungeretur, in multis vocabulis in vat, vas aut van, va, u [7]),


---

[5]) nam linguae Sanscritae literam a in linguis cognatis aut remansisse aut, quod plerumque factum, in e et o transiisse praeter alios praeclarissime docuerunt G. Curtius in commentatione, quae inscribitur ‚Ueber die Spaltung des A-Lautes‘ (cf. Berichte der königl. sächs. Gesellschaft d. Wissenschaften 1864) et Kuhnius (K. Z. XV p. 401 sqq.).

[6]) Corruptum maxima ex parte annorum lapsu omnium nominum finem esse Boppius (Vocalismus p. 1) articulate exposuit, quamquam sententia ejus de suffixorum origine et corruptionis canone valde discrepat a nostra.

[7]) Qua ratione haec suffixa aliud ex alio orta sint, ex schemate hoc manifestum fit:

Graecum *υ* transierit [8]), stirpes autem, quae huc pertinent, omnes, utut traditae nobis sunt atque etiamnunc leguntur, in linguis cognatis maximam inter se similitudinem habeant, recte de hac re judicasse nobis videmur. Sed mittamus haec, singula videamus! Et proximam quidem curam adjectivorum, de quibus agimus, terminatio postulat; deinde de significatione, tum de accentu disputabimus. Nam tribus his rebus demonstrari posse confido deducendum esse suffixum u = *υ* e primaria ejus forma vant [9]).



8) Etenim in sermone Graeco suffixum *υ* idem esse atque in reliquis linguis cognatis ‚u' jam Aldus Manutius intellexit, Albertus Dietrichius autem (K. Z. XIV p. 48—65, Fleckeisenii annal. 1872 vol. CV fasc. 1 p. 18—20), alii disertis verbis demonstrarunt. Ceterum similis suffixi u transitus etiam in lingua Slavica statuendus, in qua mutatum est in ‚bI' Bohemiorum y, nostrum ü (cf. A. Schleicher, Formenlehre d. kirchenslavischen Sprache 1852 p. 79); ne dicam de linguis Francogallica et Belgica, e quibus eandem pronuntiationis mutationem cognoscimus. Quin etiam in linguae Latinae nonnullis vocibus similem transitum observare poteris velut in lacruma = lacryma = lacrima (cf. Fabretti Gloss. Ital. p. 992). Sed ut redeam ad Graecos, u in lingua Graeca jam satis mature ita extenuatum videtur, ut i subreperet. Tamen sine dubio Graecum *υ* primo atque initio veram u vocem significabat. Quam literae u in ü mutationem non communem fuisse praecipue ex inscriptionibus Boeoticis cognoscimus (cf. C. J. vol. I p. 722.)

9) Hoc loco notandum videtur nos in hac dissertatione semper linguis Sanscrita, (Persica), Zendica, Graeca, Latina, Lituanica, Gothica usos esse; in aliis enim linguis Indogermanicis suffixum u servatum non esse constat. Nam Armenicum u in fine nominum positum Boppio (v. Gr.³ III p. 518 adn. cf. I p. 270) teste ex a degeneravit. Nisi forte in vetere lingua Slavica suffixum u exstare licet contendere. De qua lingua Miklosichius (Formenlehre d. altslovenisch. Sprache. Wien 1850 p. 32 al.) idem atque de lingua Armenica judicium fert negantibus plurimam partem Schleichero et Boppio, qui recte, ut opinor, de hac re judicasse videntur. Schleicherus enim quum (Formenlehre d. kirchenslav. Spr. p. 202) nomina suffixo u terminata vel, ut ipsius verbis utar, ‚U-Stämme' quamvis pauca exstare concedat, nihil aliud mea quidem sententia dicere vult,

Protenus igitur dicemus de adjectivorum terminatione vant; quam eandem esse atque eam, quae in Sanscritis participiis perfecti activi apparet, jam Kuhnius (K. Z. I p. 270 sqq.) argumentis optimis declaravit. Hanc tamen rem hoc loco non curamus neque opus est admonere, quod jam diximus, in hymnis Vedicis positionem vant omnino ad formanda participia activi usurpatam esse. Hoc potius nunc propositum nobis est docere vant paulatim corruptum esse in vat, vas, van, va, u; ea ratione, ut vat et van directa via ex vant processisse, vas ex vat, va ex van (interdum ex vas cf. Benf. Or. et Occ. I p. 423), u ex va profectum esse demonstremus (cf. Benf. eod. l.). Ac forma vat in lingua Scr. jam in declinatione nominum apparet, quippe quae formandis iis casibus inserviat, quorum terminatio a consona incipit. Huc refero etiam vocabula, quae aut jam in nominativo singularis aut ante positionem a vocali incipientem suffixi formam vat praebent. Suppetunt mihi hujusmodi nominativi yúvat (ṚV I, 111, 1) nṛivát (ṚV VII, 26, 1) bṛihát (Vâlakh. 8, 5) çáçvat (S.V II, 2, 1, 9, 2), deinde formae: yahvátîs (ṚV. I, 105, 11), ṛíkvatâ (ṚV. IV, 50, 5), árvatâ (ṚV. I, 116, 17), pravátas (ṚV, I, 144, 5), dă̂svatî (ṚV. I, 48, 1), yâtumă̂vatas (ṚV. I, 36, 20), nivátâ (ṚV. VIII, 45, 38) aliae. Sed etiam e sermone Graeco vocabula nonnulla, ex quibus prius suffixum vat = vant adfuisse cognosci potest, afferamus oportet. Quum autem nulla hujus linguae vox in literam t terminetur (cf. Kuehner, A. Gr. p. 201), ad hanc rem demonstrandam verbis denominativis utendum est, in quibus literam t aut corruptam esse aut excidisse patet. Quorum praesto nobis sunt haec: *πινύσσω*, quod cum *πινυτός*, *βδελύττω*,

nisi suffixum u in nonnullorum substantivorum nominativo quidem et accusativo apparere, in plurimorum autem casibus obliquis jam in a degenerasse, cui simillimam rem in lingua Lituanica, aliis reperimus. Boppius contra longiore sermone hanc rem dignam esse ratus (v. Gr.³ I. p. 532) suffixum u in masculini tantum generis substantivis perspici posse statuit, sed ita, ut in multis casibus illud u suffixo a repudiatum sit, quae autem in u finiuntur formae, rarissime in usu fuerint (cf. ibid. p. 518). Adjectivorum vero in u declinationem, qualis in sermone Sanscrito, Zendico, aliis cernitur, a Slavico alienam esse Boppius (ibid. p. 534) recte docet, adeo ut, quod Indi dixerunt mṛdú, in vetere lingua Slavica formaretur mladŭ, mlada, mlado, cujusmodi formis in lingua Graeca et Latina respondent eae, quae secundam sequuntur declinationem.

quod cum βδελυρός, δριμύσσω, quod cum δριμύς componendum est. Sicut enim verbo κορύσσω stirps κόρυθ-, verbo δορύσσω stirps δόρυτ = δόρϝατ subjecta est, ita etiam verbis modo commemoratis stirpes πιννυτ-, βδελυτ-, δριμυτ- subesse credibile est [10]). Eodem modo e nonnullis verbis in ύζειν exeuntibus t illud apparet, velut ex ὀξύζειν, quod cum ὀξύς = +ὀξύτ- conjungendum videtur esse, aliis. — Hinc rerum series nos deducit ad suffixum vas, quod ex vant-s = vans (Zend. et Lat.) ejecta nasali litera ortum esse Th. Benfeyus contendit (Gött. Gelehrt. Anzeig. 1846 p. 899 sq.). Haec autem sententia verisimilis mihi non videtur, sed potius sententiam hanc defenderim vas ex vat nescio quo modo ortum esse. Si enim re vera, ut Benfeyus contendit, vas ex vant addito nominativi signo s processit, omnino intellegere non possumus, quomodo factum sit, ut vas illud etiam in vocativis et adverbiis adesset. Reperitur autem, ut exempla nonnulla afferam, in posterioris linguae Scr. interjectionibus bhos et bhagos, quas contractas esse e bhavas et bhagavas positasque pro bhavat et bhagavat jam Kuhnius (K. Z. I, 272) recte vidit, deinde in vocabulorum vedicorum suffixo vat formatorum vocativis (cf. Kuhn. in annal. Berol. 1844 p. 124 b) velut hárivas (Pâṇ. VIII, 3, 1) ex hárivat (SV. I, 3, 1, 4, 4 al.) ṛítâvas (ṚV. III, 14, 2) ex ṛitā̆vat. Praeterea suffixum vas jam in nominativo exstat in vocabulis ṛíbhvas (S.V. I, 3, 2, 1, 1), jâgṛivás (S.V. I, 1, 2, 3, 7). Idem suffixum vas, sed jam contractum in us in adjectivis Sanscritis vápus (ṚV. I, 118, 5), tápus (ṚV. II, 34, 9), árus (Uṇâd. II, 113), vidús (ṚV. I, 71, 10) aliis conspicitur, sicut id etiam ex formis mîḍhúshṭhama (ṚV. I, 43, 1), dadúshas (ṚV. I, 54, 8), ábibhyushas (ṚV. I, 11, 5), tastúshas (ṚV. I, 6, 1) aliis facile cognosci potest. Ex lingua Graeca autem fortasse formae τῆμος et ἦμος huc pertinent, quas reducendas esse ad Sanscritas tā̆vat (ṚV. VII, 79, 4) et yā̆vat (ṚV. I, 33, 12) inter omnes constat. Deinde suffixum vas = υσ- reperitur in nonnullorum linguae Graecae verborum aoristis primis velut ἐκάπυσσε (Il.

[10]) Quod autem in πινύσσω σσ, in βδελύττω vero ττ invenis, variarum dialectorum diversa assimilandi ratione explicatur. Nam ex τj = τz = ts, quae formae ut primariae ponendae sunt, et ττ et σσ nasci poterat, prout assimilatio ad antecedens τ aut ad sequens σ (= z = j) adhibebatur. (Vide Schleicher, zur vergleich. Sprachengesch. 74.)

χ 467), quae forma ex eadem radice, ex qua καπύ-ς (Hesych.) et καπυ-ρός, deducenda est, τάνυσσε (Il. ι 213. Od. ε 373), quae forma spectat ad radicem τανυσ- (cf. τανυσ-τύς). Eodem vergit ἔλυστα, quod ab Hesychio explicatur ἄμπελος μέλαινα. Nam alius, quacum haec cohaeret, glossae Hesychianae εἰλύ. μέλαν manifesta derivatio est a voce εἰλύ-ς. Hujus ipsius autem stirpem antiquissimis temporibus in vas = υσ- exiisse vocabulo ἔλυστα optime probatur. Jam hoc us, quod in lingua Graeca forma υσ- occurrit, in scriptis vedicis abjecta litera s saepius in u transiit velut in áru = árus, tápu = tápus, aráru = arárus = arárivas. — Proximam curam postulat suffixum van, quod ex vant abjecta litera t processit. Jam quum vant etiam saepenumero in vat transierit, nihil est, cur multorum adjectivorum formas et in van et in vat exstare miremur. Sic in lingua Scr. usitatissima vocabula habemus: yúvan (S.V. I, 2, 1, 4, 3), árvan (adj.: A. V. 4, 9, 2), ṛíkvan (S. V. II, 3, 1, 14, 2), ṛitâ̆van (S.V. II, 5, 1, 9, 1), sûnṛitâ̆van (Naigh. I, 8), maghávan (Vâlakh. 3, 1), vivásvan (ṚV. I, 187, 7), bhûridâ̆van (S.V. I, 6, 1, 4, 9), mádvan (S.V. I, 2, 2, 2, 4. ṚV. VIII, 81, 19), quibus respondent formae: yúvat (ṚV. X, 39, 8), árvat (ṚV. I, 116, 17), ṛíkvat (ṚV. IV, 50, 5), ṛitâ̆vat (ṚV. III, 14, 2), sûnṛitâ̆vat (ṚV. I, 22, 3), maghávat (Vâlakh. 6, 5), vivásvat (ṚV. I, 96, 2), bhûridâ̆vat (cf. bhûridâ̆vattara ṚV. I, 109, 2), mádvat (P. W.). Praeter haec adjectiva et in van et in vat exeuntia ex nominum in van excidentium magna multitudine hoc loco haec enumero: vákvan (ṚV. IX, 91, 1 = volubilis) vákvan (S. V. I, 6, 1, 5, 11: qui loquitur), vimṛigvan (A. V. XII, 1, 29), vibhván (habilis: P. W.), víbhvan (V.S. II, 8, 3, 14, 1: penetrans), râ̆van (V.S. 6, 30), yúdhvan (ṚV. IX, 66, 16), yájvan (ṚV. I, 13, 12), dâván (S.V. II, 4, 2, 14, 2), jásvan (ṚV. VI, 44, 11). His adnumero formas +ṛíjvan et +dámvan, quas conici posse arbitror ex ṛijûnas (Vâlakh. 4, 2) et dámûnas (ṚV. X, 31, 4). Haec omnia autem nomina eam maxime ob causam adnotatione duxi digna, quia plurima eorum a Benfeyo (Gr. Scr. maj. p. 170, ubi nomina in van exeuntia enumerat) omittuntur; sicut omnino per totum hoc opusculum exempla jam ab aliis allata, quantum fieri potuit, evitare studui. — Sed jam ad linguae Graecae idem suffixum van transgredientes initium capessimus ab adjectivo τέρην = +τέρϝαν.

Cum hoc enim arctissime cohaerent formae *τέρυ-ς* et *τερύνης* (cf. Scr. táruṇa-s (ṚV. X, 115, 1) = †*τερϝάνης*. Simili modo *γλύκων* (= †*γλυκϝαν* Aristoph. Eccles. 985) cum *γλυκύς* comparandum est. Maximam autem inter Sanscritum van et Graecum *υν* (= van) similitudinem esse valentissimum documentum hoc est, quod nonnullae participiorum praesentis activi formae optime sibi respondent. Sic strinvánt- bene convenit cum Graeco *στορνύντ-* (expandens), alia cum aliis. Continuo sequuntur verba in *ύνω* terminata. E quorum numero quae apud Homerum leguntur neque posteriore tempore formata sunt, ea suffixum nominum van continere cum L. Meyero (Gr. II p. 76 sq.) contendere ausim, hoc pacto, ut *βαρύνω* ex *βαρύ-ς* = gurú-s = †garú-s = †garvan exstitisse, alia ex aliis nata esse persuasum habeam. Jam alia hujusmodi exempla afferre supersedeo, quippe quorum L. Meyer l. l. magnam praebeat multitudinem et varietatem. Hoc idem de vocabulis *ἰθύντατα* et *μίνυνθα* judicandum, de quibus conferas Benf. Or. et Oc. II p. 293, ubi de etymologia adjectivi *παχύς* loquitur. Quae praeter vocabula ibi commemorata in memoria mihi versantur, sunt vox ab Hesychio tradita *θαμύντερος* et nomen ex eodem scriptore haustum *γενύνης* = *γέρυ-ς* = *γέρων*, ex quibus stirpem suffixo primario van = *υν* auctam perspicimus. Hoc loco nescio an memoratu dignum sit nonnulla vocabula praeter formam in van desinentem alteram in u praebere; quare formam in va terminatam, per quam, ut mox videbimus, transitus ille fieri debuit, periisse statuendum est; hujusmodi autem nomina sunt drúhvan (ṚV. VI, 22, 8) = druhú (A. V. 8, 4, 7), cikitván = cikitú (Vâlakh. 8, 5), alia. Hactenus de suffixo van!

Jam sermonem brevem excipit longior de suffixo va ex van deminuto. Et inchoando quidem sermoni aptissimum videtur nomen pîvan, de quo Kuhnius loquitur (K. Z. I, 375). Contendit autem hoc loco formam pîvas esse neutrum adjectivi pîvan profectum ex pîvat, ita ut tria hujus vocis genera sint pîvan (Bhâg. P. 5, 10, 10), pîvarî (ṚV. VIII, 22, 9), pîvas (?). Nec tamen mea quidem sententia hoc statui licet, praesertim quum hujusmodi neutrius forma omnino non reperiatur; nam quod neutrum pîvan fortasse nusquam legitur, nulla est causa, cur formam pîvas neutrum esse judicemus. Ex lingua Graeca respondet *πίων*, *πίειρα*, *πῖον*, in qua voce digamma ejectum

est [11]); nisi forte forma suffixi van purior atque integrior in verbo πιαίνειν = †πιϝαίνειν = †πιϝανjειν servata est. Sed quum comparativi et superlativi vocis, de qua agimus, formae πῑότερος, πῑότατος reperiantur [12]), positivus πῖος sumendus, qui re vera legitur apud Pindarum (Pyth. IV, 56 ed. Tych. Mommsen), apud Epicharmum (Poll. 9, 79), apud Orphea (Argonautt. 508) alibi. Cum hac positivi forma in sermone Sanscrito conferas formam pīva-s, quae legitur ṚV. I, 187, 8; 10 al. Hoc igitur, ni fallor, exemplum est suffixi van in va mutati. Accedunt nomina tákvan (ṚV. I, 66, 2) = takvá (ṚV. VIII, 58, 13) = takhma (Zend.), ṛíkvan (S. V. II, 3, 1, 14, 2) = ṛikvá (ṚV. X, 36, 5), rāṇvan (ṚV. V, 44, 10) = raṇvá (ṚV. I, 65, 5), vákvan (volubilis: ṚV. I, 141, 7) = vákva (ṚV. IV, 19, 7), vibhăvan (ṚV. I, 59, 7) = vibhăva (ṚV. I, 148, 1), anarván (ṚV. I, 51, 2) = anarvá (ṚV. I, 164, 2). In nonnullis deinde vocabulis forma in va ex altera in u exeunte efficitur velut ṛíbhvan (ṚV. I, 100, 5; 12) = †ṛibhva = ṛibhú (S. V. II, 1, 1, 10, 3), víbhvan (ṚV. I, 113, 1) = †vibhva = vibhú (ṚV. I, 165, 10), çárvan (quae forma ex feminino çárvanî et çárvarî et ex Graeco κεραυνός conicitur [13]) = †çarva = çáru (ṚV. VIII, 18, 11) [= tonitrus, proprie: laedens] [14]). Pro positione van cognatam vat praebent vocabula yahvát (ṚV. IX, 113, 8) = yahvá (ṚV. X, 11, 1), çáçvat (S.V. II, 5, 1, 12, 3), quod conferas cum víçva (S.V. I, 1, 1, 1, 2). His addam nomina nonnulla, quorum duae hae formae non in una lingua Scr. reperiuntur, sed nisi advocatis aliis linguis, demonstrari non possunt. Sic árvan (S.V. I, 5, 1, 1, 8) cum aurva (Zend.) et -αρϝος in nomine Graeco Κένταυρος = Κένταρϝος (= Gandharva), deinde yúvan (Scr.) cum yava (Zend.), tavan (Zend.) cum ταΰ-ς et tavás (Scr. ṚV. I, 109, 5), πέπον = πέπϝον cum pakvá (ṚV. III, 45, 4) comparanda sunt. — Hoc loco li-

---

11) Ceterum digamma illud etiam in lingua Graeca apparet in voce φιαρός, quae per metathesin orta est ex pîvará-s (MBh. 5, 5437) = pvîará-s = φιαρός.

12) cf. Hom. Il. ι 577. hymn. Apoll. 48. Hesiod. Op. 587 al.

13) cf. Benf. Or. et Occ. I, 278.

14) Huc referri potest etiam nomen vákvan, cujus altera forma văku in nomine composito kṛikavăku (Uṇâd. I, 6. Nir. 12, 13 = gallus) apparet.

ceat mihi paululum digredi. Quum enim Latinum suffixum ‚vi' similitudinem non parvam habeat cum va, praeterea autem adjectiva hoc suffixo formata in lingua Latina Graecis in *υ* (= Scr. u) respondere soleant, operae pretium videtur paucis de suffixo vi monere. Curtius enim (d. nomin. Gr. f. p. 14) et Boppius (Pronom. p. 20) et Benary (Römische Lautl. p. 207) aliique hoc suffixum ita natum esse contendunt, ut populi, qui eo utuntur (Romani, Germani, alii), quum nomina in u desuevissent flectere, quae sic terminata ex oriente secum tulissent, ea in magis notam nominum in i flexionem transposuissent. Ego certe vi-s illud, quod ex vit = vis ortum puto, ad formam primariam vat = vant revocari velîm. Quam sententiam hac praecipue de causa defendam, quia, ut exemplo utar, in sermone Sanscrito adjectivi cikitú (S. V. Gloss.) = cikitvát (adv.: ṚV. IV, 52, 4) etiam forma cikitvít (ṚV. V, 22, 3. VIII, 84, 5) reperitur. Simili modo vocabuli †jâgṛivánt = jâgṛivás (S.V. I, 1, 2, 3, 7) altera forma jăgṛivi- (S.V. I, 6, 1, 3, 4. ṚV. III, 28, 5. 37, 8), tum adjectivi ghṛíshu (ṚV. X, 27, 6) = †ghṛishva altera forma ghṛíshvi- (ṚV. I, 85, 1), denique adjectivi téjasvant (A. V. 18, 3, 71) altera forma tejasvín (Vop. 7, 29) legitur [15]). Jam de adjectivis linguae Latinae sic terminatis promo haec: gravi-s = gurú-s = *βαρύ-ς*; levi-s = laghú-s = *ἐλαχύ-ς*; suavi-s = svâdú-s = *ἡδύ-ς*; plus = †polvi-s (cf. Schweizer de titulo Mummiano K. Z. II p. 366) = pulú-s, purú-s = *πολύ-ς*; tenui-s = tanú-s = *τανύ-*; molli-s (ex molvi-s) = mṛidú-s = *βραδύ-ς*; brevi-s = *βραχύ-ς*; dulci-s (ex dulcvi-s cf. Lottner, K. Z. VII, 172) = *γλυκύ-ς*, pingui-s = *παχύ-ς*; quibus addo substantivum angui-s, quod a Scr. †anhvan = anhú-s minimum distat, quum sensu activo praeditum sit sonetque ‚angens, collum elidens'. — Ex lingua Germanica huc referenda vox dunni = †dunvi = tanú- (Scr.) = *τανύ-* (Graece) et alia hujus linguae vocabula; de quibus vide Grimmium in Gram. Germ.[2] I. p. 648 al. His igitur omnibus consideratis

---

[15]) Simili modo mant = man in min transiit velut in gomín (MBh. 12, 714) = gómant (ṚV. V, 57, 7), kakudmin (MBh. 13, 4935) = kakúdmant (ṚV. X, 8, 2), deinde in substantivis Graecis *σταμίν-* = *στῆματ-* = +*σταμαντ-*, *ῥηγμῖν-* = *ῥηγματ-*, *τελμῖν-* = *τελματ-*, *ἑρμίν-* = *ἕρματ-*. Cf. Or. et Occ. II, 755.

rebus manifestum esse arbitror positionem vi-s, praesertim quum etiam in lingua Scr. reperiatur, non secundarium, sed primarium potius suffixum esse ex vit = vat corruptum. — Sed eo, unde huc digressi sumus, revertamur! Et restat quidem, ut de suffixi va in u contractione, si omnino ita dicere licet, disseramus.

Ceterum va duplici modo in u transire potuit; nam aut a vocalis proxima litera v auctore in u obscurata aut abjecta a v in vocalem u soluta; de qua literae v et u cognatione egregie disputant Lachmannus (ad Lucret. p. 378 sq.), Christius (p. 191), M. Schmidtius (Kuhn. et Schleich. Beitr. V p. 270). Omnino autem syllabam va saepissime in u mutatam esse praeter alios Christius (p. 26) exemplis, in quibus de prima aut media vocabulorum parte agitur, haud paucis advocatis demonstrat. Sed idem de fine nominum id est de eorum terminatione statuendum esse ex iis, quae sequuntur, nullo negotio efficitur. Exemplorum enim magna frequentia comprobatur. Ita in lingua Scr. leguntur formae takvá (ṚV. VIII, 58, 13) = táku (ṚV. IX, 97, 52), ṛíbhva (ṚV. X, 120, 6) = ṛibhú (ṚV. I, 51, 2), yahvá (ṚV. V, 1, 1)[16] = yahú (ṚV. VIII, 4, 5), phalgvá (ṚV. IV, 5, 14) = phalgú (V. S. 24, 4), pũrva (S. V. II, 4, 1, 16, 2) = paourva (Zend.) = purú (ṚV. II, 16, 3), tanva (N. Pr. cf. Web. Ind. Stud. III, 217) = tanú (S.V. I, 1, 1, 5, 8), vishvá (Pâṇ 6, 4, 77. Vârtt.) = víçva (S.V. I, 1, 1, 1, 2) = vishú (quod in compositis tantum et derivatis conspicitur), áçva (ṚV. I, 118, 5), quod substantivum propterea tantum huc refero, quia proprie adjectivum est sonans ‚celer' (âçú celer: ṚV. X, 103, 1) = âçú (equus: ṚV. I, 60, 5) = ehu (Slav.). Deinde nescio an huc trahi possint adjectiva tîvrá = †tîrva (ṚV. V, 37, 4) = †tarva = torvus (Lat.) = táru (ṚV. V, 44, 5) et ghṛíshvi (ṚV. I, 85, 1) quod corruptum est ex †ghṛishva = ghṛíshu (ṚV. X, 27, 6)[17]. Ceterum in lingua Scr. non ita magna adjectivorum in va multitudo exstare mihi videtur, quum praeter ea, quae a Benfeyo (Gr. Scr. maj. p. 170) afferuntur,

16) De hoc vocabulo (yahvá) Benf. disputat. Or. et Occ. I, 423.

17) Huc traho etiam vocem Macedonicam *ἀκρέᾱ* (*παῖς θήλεια*) = *ἀκρέϝᾱ* = †agravâ fem. vocabuli †agrava = ágru (ṚV. IV, 30, 16) [√grah (capere, prehendere) et a privativ.)

nulla alia in promptu habeam, nisi raṇvá (ṚV. I, 66, 3), çanvá (Vop. 7, 31), pũrva (ṚV. X, 5, 7), víçva (S. V. I, 1, 1, 1, 2), tãnva (ṚV. III, 31, 2), kharvá (F. S. 2, 5, 1, 7), pavá (S. V. I, 6, 1, 5, 9). Deinde linguae Germanicae exempla suppeditat Grimmius (Gr. Germ. II p. 187). E sermone Gothico hoc loco nomino adjectiva triggva = dhruvá (ex †drughvá) (ṚV. III, 6, 4) = δρόον (ἰσχυρόν Argivorum), vraiqva = obliquus = λοξός, thlaqva = τέρην. Quod attinet ad sermonem Zendicum legisse memini kádrva, quod respondet Sanscrito kádru (A. K. I, 1, 4, 25), taurva (superans) = taurvant = tauru (N. Pr.), kathva (Zend. = asinus) = kaṭú (Scr. acerbus, asper = A. K. I, 1, 4, 18), urva (Journal Asiat. 1844 p. 484) = uru (Scr. urú). Eadem ratione, ut nonnulla alia exempla ex variis linguis sumpta afferam, in sermone Scr. adjectivum occurrit ûrdhvá (erectus: ṚV. II, 30, 3), cujus forma posterior in u desinens in lingua Zendica apparet: aredu [18]) = ὀρθός pro ὀρθϝός; sicut etiam voci Sanscritae tãnva (Nir. 3, 6) L. Meyero auctore (Gr. II p. 255) Graeca τηλυ- respondet, quae patet ex τηλύγετος. Adhuc nihil diximus de lingua Graeca. Ad quam quo breviores hac in re de ceteris linguis fuimus, eo majore cum diligentia incumbemus. Ea, ut inter omnes constat, in tres dialectos divisa est Aeolicam, Doricam, Jonicam, ex qua dialectus Attica processit. Ex his autem Aeolicam et Doricam, quae acceperant Graeci a majoribus, optime servasse scimus. Quare iis scriptoribus nunc maximam dabimus operam, qui his duabus dialectis ad componenda opera aut usi sunt aut faverunt. Jam quum dialectum Jonum, qua Homerus et Hesiodus usi sunt, formis ex omnibus dialectis Graecis sumptis commixtam esse sciamus, quod jam veteres grammatici intellexerunt, etiam haec, quoad fieri potest, respicienda videtur.

Protenus igitur dicemus de adjectivis, quae huc traho πολλός, πρᾶος, γλυκκός, ἥμισσος, ταναός = τυννός, μιννός, μικκός, μιλλός, ἴσσος, †καλλός [19]), quorum omnium altera in

[18]) ceterum teste Benfeyo in lingua Zend. etiam forma eredhva = ûrdhvá (Scr.) exstat. Cfr. Or. et Occ. III, 40.

[19]) haec forma conici potest ex adverbio καλλά, de quo cf. Ahr. d. d. Dor. p. 102. Forma autem καλύς ab Hesychio traditur in glossemate κοῖλυ· καλόν, quod cum M. Schmidtio in καλύ· καλόν mutandum esse persuasum habeo.

υ = u forma exstat. In his omnibus igitur vocabulis suffixum va inest vel potius animadverti potest. Nam quum litera v = ϝ in lingua Graeca aut perire aut mutari solita sit, in voce *πρᾶος* ejecta est, deinde in adjectivo *μιννός* in vocalem *υ* transiit, tum in vocabulis *πολλός*, *μιλλός*, *καλλός*, *ἥμισσος*, *ἴσσος*, *γλυκκός*, *μικκός*, *τυννός*, ut solet in lingua Graeca (cf. Ahr. d. d. Aeol. p. 60. M. Müller K. Z. IV, 141), ad consonas *λ*, *σ*, *κ*, *ν* assimilata, denique in *ταναός* inserta vocali *α* ejecta est. Proxime de adjectivo *πολλός* disserere liceat. At dicat aliquis formam *πολύς* ex *πολλός* oriri non potuisse. Hoc sane concedo, sed sententia mea eo potius inclinat, ut jam illo tempore, quo Graeci nondum separati erant a cognatis gentibus, haec formarum varietas exstiterit. E forma igitur, quam ponere licet, †parva vel †purva retento suffixo va, sed litera ϝ = *υ* ad l = r (cf. pulú-s = purú-s) assimilata, adjectivum *πολλός* = *πολϝός* natum est, quo praecipue usi sunt Aeoles et Dorienses. Ex †parva autem etiam sicut apud Indos purú- (pro parú, ut saepe cf. gurú = *βαρύ-*) = pulú, ita apud Graecos *πολύ-* ortum mutata illa, de qua jam diximus, ratione syllaba va in u [20]. Ac forma *πολύ-ς* praecipue Attici utebantur, hoc tamen modo, ut eam in flexione cum formis ex illis dialectis sumptis commiscerent. In lingua igitur Graeca tres hujus vocabuli formas habemus: *πολλός*, *πολύ-ς*, *πουλύ-ς*, in lingua vero Sanscrita unam purú-s, nisi forte Vedicam illam pulú-s (ṚV. I, 179, 5) commemorare vis. Sed si analogia vocabulorum phalgvá = phalgú, ṛibhvá = ṛibhú, aliorum nitemur, facile formam †parva fingere poterimus, quam ex adjectivo veteris linguae Persicae páruwa (cf. Benf. Altp. Keilinsch. Gloss.) = pũrva pro parva (Scr.) [21] simili modo cognosci posse contendo, quo ex ejusdem linguae vocabulo haruwa Sanscritum sárva. Quum vero forma parva in lingua Scr. non jam exstet,

---

20) Ceterum in sermone Latino etiam duae hae formae servatae sunt et una fere eademque significatione qua in lingua Graeca usurpantur. Vox enim ‚populus' minimum distat a Scr. pulú-s et Gr. *πολύ-ς*, quum reduplicatione formata sit, eodem autem intellectu videlicet collectivo, ut Graecum *πολλοί*, adhibeatur. ‚Plus' vero = plou(i)s = †plovis = †polvis a Graeca forma *πολλός* nulla fere alia re differt, nisi quod comparativi sensu ponitur.

21) Cf. praeterea K. Z. VII p. 177.

in Graeca autem et πολλός et πολύ-ς (= πουλύ-ς) formae in usu fuerint, hoc potissimum nobis relinquitur, ut, quod conjecimus, usu scriptorum Graecorum demonstremus exemplisque illustremus h. e. ut utriusque adjectivi formae (πολλός et πολύ-ς) usum frequentiamque e scriptis Graecorum monumentis doceamus. Quo facto manifestum fieri puto πολλός esse formam antiquiorem. Prodeat igitur Homerus, apud quem tres adjectivi, de quo agimus, formas reperimus, dico praeter πολλός et πολύ-ς etiam formam πουλύ-ς. Quae quomodo orta sit, G. Curtius Etym.[2] p. 611, Raph. Kuehner (A. Gr.[2] p. 411), alii satis perspicue exponunt. Sed nulla re prohibemur, quominus πουλύ-ς formae πολύ-ς apponamus et utramque, quasi una sit, aestimemus, praesertim quum de fine adjectivorum, non de media eorum parte agamus. Ne tamen longus sim, me omnium et vocis πολύ-ς et πολλός casuum ab Homero usurpatorum summam fecisse confiteor. Cujus computationis eventus, nisi forte enumerandi errore ductus deceptusque sum, apertissime docet πολλός saepius reperiri, quam πολύ-ς et πουλύ-ς conjuncta, quum πολλός legatur exceptis compositis sexcenties vicies sexies, πολύ-ς et πουλύ-ς ducenties quinquagies septies. Singulas vero formas enumerare quotiesque legantur percensere, quia longum est, praetermitto. Hesiodum deinde perlustrare supersedeo, quia dialectus, qua utitur, in universum (cf. R. Kuehner, A. Gr.[2] p. 27) cum carminum Homericorum dialecto dicendique ratione consentit [22]). — Adhuc sermo versatus est in regionibus, quas possident poetae epici. Venimus igitur nunc ad poetas lyricos, qui dividuntur in Doricos sive choricos et Aeolicos sive melicos (R. Kuehner, A. Gr.[2] p. 30). Sunt autem illi Alcman, Stesichorus, Simonides, Pindarus, Bacchylides, hi Alcaeus, Sappho, Corinna. Quum autem ex brevibus ceterorum fragmentis singulorum adjectivorum usus penitus intellegi nequeat, Pindari carmina premamus oportet, quorum tradita nobis sunt plurima. Jam reperiuntur apud hunc formae et in υς et in ος exeuntes velut πολλοί (Pyth. IX, 107, 108 ed. T. Mommsen), πολλοῖς (Pyth. VIII, 74), πολλᾷ (Olymp. VIII, 23), πολεῖς (Pyth, IV, 56), πολέσι (Ol. XIII,

---

[22]) Sic apud Hesiodum reperiuntur formae: πολλός Op. 118. πολύ-ς Scut. 274. πουλύ-ς Theog. 190.

43), ita tamen, ut adjectivi πολλός formarum i. e. casuum multo crebrior sit usus. Similis hujus vocabuli usus utrum apud lyricos Aeolicos fuerit necne, certo dijudicare equidem non possum, quum apud Alcaeum (cf. Ahr. d. d. Aeol. p. 243, ubi Alcaei, Sapphus, Corinnae fragmenta Ahrens collegit) duas tantum formas πόλυν (fr. 11) et πόλλα (fr. 34), apud Sappho totidem πόλυ (fr. 37) et πόλλῳ (fr. 44), apud Corinnam nullam legisse meminerim; apud ceteros autem, quos supra nominavi, poetas Attica, ut ita dicam, in hoc adjectivo dicendi ratio, de qua infra agemus, servata videtur esse. Eodem modo in carminibus illis Theocriteis, quae Aeolicam dialectum redolent, nisi forma πόλλα, nulla reperitur (cf. Idyll. XXII, 10, 11, 19 ed. Ahrens). Longe vero certius de ceteris Theocriti carminibus, de Bione, de Moscho judicari potest, qui sane maximam partem, quod quidem ad hanc rem attinet, poetis illis aggregari possunt, qui Dorica utuntur dialecto (cf. Krueger, Gram. Gr. maj. part. II. sect. I p. 87). Invenimus enim apud hos formas πολλός et πολύ-ς inter se commixtas velut πολλόν et πολύν uno eodemque versu (Theocr. ed. Ahr. XVII, 111), πολλόν (apud Bionem I, 51; apud Moschum I, 96 ed. Ahr.), πολύ (B. I, 88. Mosch. III, 3). Deinde Herodotus et Hippocrates nominandi sunt, qui dialecto utuntur, ut ita dicam, Neo-Jonica. Et apud Herodotum quidem perraro forma πολύ-ς occurrit (velut III, 57, aliis locis, de quibus vide Kuehner, A. Gr.[2] I p. 412) quam ubique nescio quo jure Bredovius (dial. Herod. p. 36) et Krueger (Gr. II p. 45) in πολλός mutare volunt. Quod autem apud Hippocratem forma πουλλός legitur, scriptoris culpa factum non videtur; nam Herodoti omnino dicendi rationem secutus est; quare ne librarii eam confinxerint, valde vereor. Jam Attici scriptores supersunt recensendi. Ex quorum scriptis omnibus mira illa formarum hujus adjectivi permixtio elucet, quae unicuique nostrum a pueris nota, cujus tamen causam intellegere ac perspicere equidem non possum. In nominativo enim et accusativo singularis exceptis feminini formis stirps πολυ-, in reliquis autem masculini et neutrius et in omnibus feminini casibus altera stirps πολλο- apparet. Mirum igitur, quod forma posterius orta in duobus tantum singularis casibus reperitur, forma autem antiquior omnibus ceteris inservit adjectivi casibus formandis. Si vero linguam Sans-

critam respicimus, formam, quae ponenda est, †parva jam aetate Vedica abolitam fuisse cognoscimus; vocem autem pulú = purú = πολύ-, quae saepissime in hymnis Vedicis exstat, ab epica poesi et omnino a posterioribus scriptoribus alienam esse intellegimus exceptis paucis Nominibus Propriis cum hac voce (purú vel pulú) compositis, in quorum initio legitur; nisi forte ‚Bhâgavatapúrâṇa' librum excipere vis, in quo rarius certe et antiquius dicendi genus legentibus primo statim aditu sese offert. Sed etiam in hoc libro, ne dicam de compositis, paucis tantum locis reperitur. Sed dicat quispiam scriptores Atticos tribus adjectivi formis πολύ-, πουλύ-, πολλό- per omnes fere casus usos esse demonstrans formam πολέα apud Aeschylum (Agam. 723 ed. Dind.), πολέσιν apud Euripidem (Iphig. Taur. 1263 ed. Dind.), πουλύ-ς apud Sophoclem in adjectivo composito πουλύπους [23] (fr. 289), πολέων apud Euripidem (Hel. 1332 secundum Aldi Manutii lectionem), alias reperiri. Cui respondeam hos licentia omnino poetica usos ésse et rarissime insuper hujusmodi formas usurpasse. Si quis vero Lucianum, Atticistam illum, ab usu ceterorum Atticorum discrepare contendit, qui tribus et ipse formis πολλός (Syr. I, 3, 451 ed. Jacobitz.), πολύ-ς (saepissime), πουλύ-ς [in vocabulis compositis πουλυγαθής (Dem. encom. 19, 3, 508) et πουλυσθενής (Tragod. 192)] utitur, is librum de Syria dea ἰαστί compositum esse, deinde vocem πουλυγαθής Pindari imitationem redolere [24]), Tragodopodagrae autem libellum poetice scriptum esse secum reputet. Ut igitur summam quaestionis a nobis institutae faciamus, πολλός est forma antiquissima, πολύ-ς autem recentior paucisque tantum casibus usitata. Eodem modo, quod conjectura assecuti sumus, comparando nominum πρᾶος, πραΰς, πρᾷος usu probabitur. Priusquam autem usui trium (tot enim exstare statuo) hujus adjectivi formarum operam demus, de origine ejus est, cur paucis moneamus. Et Benfeyus quidem (W. L. II p. 321), cui assentiri videtur Ebel (K. Z. VI, 212), ducit hoc nomen a radice Sanscrita hvṛi (distortum esse) vel, quae prior forma erat, dhvṛi. Ex hac addito pra

23) Apud Aristophanem (Lysistr. 1098, 1242) ubi Bentleius scribi vult πουλυχαρίδα, cum Dindorfio, aliis lego πολυ-.

24) Cf. Pindar. ed. T. Mommsen p. 452: Hymn. fr. 1, 5.

prahvara processisse dicit, quod eodem modo, quo prâdhvara (cf. Verzeichn. d. Oxforder Handschriften 156 a. 14) in prâdhvá (Vop. 6, 83), in prahvá (Bhâg. P. 6, 19, 9) mutatum esse censet.

Cum hac voce Latinam pravus, Graecam πραϝος confert. Quae addit Benfeyus, haec sunt: forma πραΰς alteram πρᾶος maxima ex parte removit. Disputans autem de forma πραϝον ejus masculinum servatum esse dicit. Quam rem, quamquam, unde conjecerit Benfeyus aut ubi invenerit talem formam, me nescire confiteor, tamen ita se habere existimo. Habemus in lingua Graeca praeter formas illas tres, quas jam supra commemoravimus, etiam formam πράων, quam cum Buttmanno [25]) in adverbio πραόνως (Aelian. h. a. V, 39) sumendam esse statuo. Ad fulciendam autem hanc sententiam etiam vocabulum ῥᾳόνως advocari potest, quod apud Suidam explicatur εὐκόλως et positivi significationem etiam apud Nicetam Acominatum in Ann. VII, 1, 114 C. habet. Vocabulo autem πράων in lingua Sanscrita pravan vel prahvan apponendum, qualis forma proxima cum prahvara cognatione conjuncta est [26]). Ex †prahvan = πράϝων, ut supra demonstravimus, procul dubio altera forma prahvá (Un. I, 153. Vop. 26, 33. Bhâg. P. 7, 3, 25) = πρᾶϝος profecta est, quae (digammate omisso) servata nobis est a Photio (Lex. p. 330 al.), nisi forte hoc loco iota librariorum culpa subscriptum non est. Nam quod ad hanc vocem attinet, in codicibus plurimis omnino dubium est, utrum iota subscripto praedita sit necne. Quare Passowius in lexico, alii iota omittendum esse, Buttmannus autem (A. Gr. I p. 261), Dindorfius (ad Xenoph. Symp. p. XI), Curtius (Etym.² p. 255), Kuehner (A. Gr. I p. 412) alii scribendum esse arbitrantur. Ego vero neque illorum, neque horum virorum sententiae assentiar. Nam praeter πραΰς et formas πρᾶος et πρᾷος exstitisse puto, quarum prior, quamquam perraro fortasse legitur, tamen, si non reperitur, certe ponenda est. De forma πραΰς nihil est, quod disputemus. Restat igitur, ut de πρᾷος agamus, quippe cujus iota subscriptum alii omnino non curent, alii, ut Curtius, unde ortum sit, nescire se dicant. Formam

---

[25]) A. Gram. II p. 263. Aliter de hac re judicat Lobeckius ad Phryn. p. 403, qui hanc vocem e πρᾶος et νοῦς compositam esse putat.

[26]) Cf. pîvan = pîvará cum Graeco πίων = πιαρός et quae infra de hac re disputabimus.

igitur pono πράϊος, ex qua per contractionem πρᾶος nata. Masculini autem illa forma πράϊος analogiae lapsui tribuenda videtur, cujusmodi exempla non pauca habemus. Adjectivi enim πραΰς comparativum †πραΐων = πρᾴων exstitisse quondam verisimile est; cujus neutrum tam constanter in usu fuisse videtur, ut tempore, quo linguae sensus et conscientia esse desiit, pro forma quadam positivi πράϊος = πρᾶος putaretur. Simili modo Theocriteum illud λώϊα (Idyll. 26, 32 ed. Ahr.) [27]) explicandum est, quod Matthiae (Gramm. Gr. p. 634) et Passowius in lexico nescio quo jure ex λωΐονα contractum esse censent. Deinde etiam adjectivum κρήγυος huc referendum est, quod in scriptorum Graecorum locis reperitur hisce: Plat. Alcibiad. I p. 111 (κρήγυοι), Theocrit. 20, 19. Hippocrat. Coac. Praenot. p. 425, 16. Lysis Pythagor. (Gale p. 737), auct. vitae Homeri cap. 15, Asclepiad. Epigr. 38. Jam unus restat locus Homeri Il. α 106, ubi invenimus formam κρήγυον. Hanc tamen Benfeyus (K. Z. VII p. 113) neutrius comparativi formam esse, in qua contra morem ante comparativi suffixum prius suffixum u remanserit, disertis verbis demonstravit. Comparavit enim comparationis formas simili modo ortas bhûyân (Scr.), khrathwista (Zend.), κρεῖττον (κρετυιον = κρετϝιον = κρεττιον = κρεῖττον), κάλλιον (καλυιον = καλϝιον = κάλλιον). Quibus addam çámbhavishṭha (ṚV. II, 39, 5), in qua voce, quo melius sonaret, a insertum est, ex positivo çambhú (ṚV. III, 17, 5), minnizan = minvizan (Goth.) ex radice μινυ = minu [28]), μάλλιον (Tyrt. II, 12, 6) = μάλϝιον = μᾶλλον, ἀρείων = ἀρϝίων, qualis digammi in ε mutatio, sit venia verbo, saepissime reperitur (cf. Curt. Etym.[1] II, 153—158 et quae infra de hac re dicemus), χερείων = χερσϝίων (cf. hrásîyân), ex qua forma etiam suffixo u = v = ϝ repudiato et iota retracto χείρων exstitit [29]). Dicit autem Benfeyus, et recte quidem, vocem κρήγυον posteriore linguae Graecae aetate a sermone quotidiano alienam fuisse et, si omnino usurpata sit, a scriptoribus ex

27) legitur etiam apud Theognid. 96. 800. 853.

28) Cf. etiam, quae de nasali in hac voce geminata Grimmius (Gramm. Germ I, 52) disputavit.

29) Hoc loco commemorari fortasse potest etiam in feminini forma aliqua positionem illam u servatam esse, dico in voce ὄργυια, quae respondet adjectivi Scr. ṛijú feminino ṛijvî.

Homeri loco modo dicto desumptam. Itaque factum esse, ut non pro comparativo, sed pro neutro positivi haberetur novaque positivi forma etiam notione positivi praedita exsisteret [30]. Ceterum teste Passowio (in lexico) hoc vocabulum etiam forma *κρήγιος* reperitur, ex qua comparativus *κρήγιον* facile conici potest. Idem de forma *γλύκιος* judicandum, quae legitur apud Sophoclem (Phil. 1461) et cujus alia exempla collegit L. Dindorfius ad Xenophont. Symp. et Ages. p. XII. Maxime autem sententiam nostram confirmat vocis *ῥᾷον* pro *ῥάδιον* usus apud optimos scriptores (cf. Lobeck. ad Phrynich. p. 403. Schaefer: Dionys. Halicarn. de comp. verb. p. 329), cujus etiam masculinum *ῥᾷος* pro *ῥάδιος* a grammaticis (cf. Etym. M. 92, 42) affertur [31], ita ut facile explicari possit, quomodo comparativi forma *ῥᾳότερος* orta sit. Simili modo etiam comparativus *ολιζον* in dialecto Thessalica pro positivo usurpatus est (Ahr. d. d. Aeol. p. 219). Deinde aequo more in lingua Latina substantivum majores, in lingua Germanica nomina ‚Aeltern, Jünger', alia, quasi positivi sint, usurpantur; deinde etiam in sermone Graeco comparativi formae *ἀμεινότερος, ἀρειότερος*, similes conferendae, quas explicare nequimus, nisi linguae sensum et conscientiam illo tempore jam extinctam fuisse statuimus. Quae quum ita sint, forma *πράϊος* ponenda mihi videtur, quae pariter atque *ῥᾴων* ex *ῥαΐων, λῴων* ex *λωΐων* contracta est in *πρᾷος*. Jam hoc addam sententiam nostram hac potissimum re probari, quod comparativus *πρᾴων* vel *πραΐων* nescio quo casu periit et alter *πραΰτερος* ejus loco positus est. Sed, ut revertamur ad propositum, jam diximus formam *πρᾶος* = *πρᾶϝος* conici quidem posse, nec tamen fortasse in scriptis, quae supersunt, reperiri linguae Graecae monumentis. Nunc autem nostrum erit demonstrare *πραΰς* prioris aetatis esse formam, quam *πρᾷος*; nam *πρᾷος* e comparativo vocis *πραΰς* formatam esse judicavimus. Ut tamen in pauca conferamus, quae dicturi sumus et quo melius res ponatur ante oculos, conspectum hujus adjectivi formarum infra apposuimus.

---

30) Quum ex articulo *τό* voci *κρήγυον* addito Homerum more suo comparativum posuisse efficiatur, non possum quin illos Homeri imitatores vocis *κρήγυον* forma deceptos esse statuam; nam comparativum in *ον* exire non posse existimarunt.

31) Praeterea ibi afferuntur *πλεῖος* (a *πλείων*) et *ἄρειος* (ab *ἀρείων*).

Hom.	πρηΰ (h. Merc. 10)	—
Herod.	πρηΰτερος (II, 181)	—
Hippocr.	πρηέες (VI p. 948 A)	—
	πραείη (III p. 249) al.	.
Pindar.	πραΰς (Pyth. III, 71 ed. Momms.) πραΰ (Ol. XIII, 82.) πραΰν (Pyth. IV, 136.)	—
Mosch.	πρηΰς (I, 105 ed. Ahr.)	—
Bion.	—	—
Theocr.	—	—
Alcaeus.	—	—
Sappho.	—	—
Corinna.	—	—
Aeschyl.	—	—
Sophocl.	—	—
Inscr. Boeot.	—	πράαις (C. J. 1598).
Aristoph.	—	πρᾶος (Θεσμ. 1211), πρᾳοτέρᾳ (Εἰρ. 998), πρᾳότεροι (Εἰρ. 936 ed. Dind.)
Plato.	—	πρᾶος (Phaedr. 243 C. ed. Ast) al.
Demosth.	—	πρᾶος (1164, 1.) πρᾳότεροι (1422, 19.) πρᾶον (1485, 9 ed. Reiske.)
Isokrat.	—	πρᾶος (ad Nicom. p. 19 D) al.
Xenoph.	πραΰς (Oec. 15, 4; 19, 17. Hip. 9, 10. Symp. 8, 3 al.)	πρᾶος (Ag. 11, 10. P. 6, 1, 10; 2, 1, 14 al.
Lucian.	πραΰς (Abdic. 6, 2, 164).	πρᾶος (Pisc. 24, 1, 594. Demon. 11, 2, 380.)

In hoc indice, quum mihi quidem verba ipsa loqui videantur, nescio an necesse non sit aliquid addere. Jam de ceteris, quae enumeravimus, vocabulis monendum paucis. Et adjectivum quidem γλυκύς ab Hesychio cum voce γλυκκός collatum est, quae forma non dubito quin Dorica fuerit. Hoc autem statim primo obtutu apparet inter haec duo adjectiva idem atque inter πολύς et πολλός discrimen intercedere (cf. etiam G. Legerlotzium K. Z. VIII, 45). Tum pro ἥμισυς for-

mam ἥμισσος (ex ἥμισϝος) apud Phocenses in usu fuisse Rossius Phoc. 74 b v. 16 demonstrat (cf. etiam Ahr. d. d. Dor. p. 550). Hanc autem formam etiam apud Arcades usitatam fuisse ex dativo ἡμίσσοι conici potest, quem Boeotorum more pro ἡμίσσῳ positum esse ex inscriptionibus [32]) luce clarius fit. Jam sequitur τανύς, quae vox, etiamsi hac forma non legitur, tamen et ex cognatis linguis et ex nominibus compositis Graecis velut τανύπεπλος, aliis, deinde ex feminini formis τανεῖα, ἡ (tignum) = tanvî (Bhâg. P. 3, 12, 28) et τανέη, quae apud Hesychium legitur explicata ἀποτεταμένη, nullo negotio efficitur. Hujus autem adjectivi altera exstat forma ταναός [33]), pro qua antiquioribus temporibus in usu erat ταναϝός. Nam haec forma ex nomine illo epico ταναΰπους (Hom. Od. ι 464. h. Apoll. 304. Merc. 232) necessario sequitur (cf. etiam L. Meyer. Gr. II p. 251 et Curt. Etym.[2] p. 497); ταναϝός vero, ut sonus suavior efficeretur, pro τανϝός dictum esse jam L. Meyer l. l. recte vidit. Mirum tamen est, quod non simili modo atque in vocabulis supra commemoratis ταννός forma dicta est, praesertim quum in lingua Sanscrita hujus vocis litera v = ϝ ad n assimilata reperiatur in vocabulo tannî = tanvî, quo nomine planta quaedam (Hemionitis cordifolia) appellatur. Attamen fortasse forma Dorica τυννός huc spectat, quam quominus cum τανύς et ταναός componamus, litera υ pro α posita nullo modo prohibemur. Nam in lingua Graeca saepius, praecipue in dialecto Aeolica, literam υ invenimus, pro qua α exspectamus, velut in vocabulis ὄνυξ (= nákha-s Scr.), κύκλος (= cakrá-s Scr.), deinde in vocibus Aeolicis ονυμα = ὄνομα (nâman Scr.), ὕμοιος = ὅμοιος (= †samayas ex sama), aliis. Idem fere ac de ταναός de voce μιννός dicendum, quae apud Eustathium nescio quo loco legitur. Praeter hanc formam autem etiam μινύς exstitisse verisimillimum est, quum ex glossa ab Hesychio allata μινύζηος· ὀλιγόβιος, e vocabulis μίνυνθα, Μινύαι, aliis, e comparativo μείων (cf. Curt. Etym.[2] p. 300) perspectu

---

33) Sic legitur ἡμίσσοι in inscr. Tegeatica, de qua adeas M. A. Gelbkii de dialecto Arcadica dissertationem in G. Curtii Studiorum vol. II p. 30.

33) Ceterum etiam in lingua Sanscrita vox cognata tanva exstat, nec tamen adjectivi, sed nominis proprii vim habet. (cf. Web. Ind. Stud. 3, 217.)

difficile non sit. Deinde adjectivum μικύς, quod grammatici nobis praebent, cum μικκός (ex μικϝός) componendum; μικκός autem apud Dorienses (Theocritum al.) et Aeoles (Boeotos: cf. Ahr. d. d. Aeol. p. 177 § 37, 5 et d. d. Dor. p. 104) usitatum fuit. — Commemorare deinde liceat vocem μιλλός, qua Byzantini Toupio ad Hesychium teste (pro βραδύς usi sunt quodque explicatur ab Hesychio βραδύς, χαῦνος [34]). Habet autem μιλλός eandem originem atque Sanscritum mṛidú = †μιλδύ [35]), sed formam repraesentat antiquiorem. Primaria igitur hujus vocis forma sumenda est μιλδϝός; quum autem adjectivum μιλλός apud Graecos classicae, ut ita dicam, aetatis scriptores nullo loco reperiatur, a literis alienum fuisse ac sermoni quotidiano tribuendum videtur. — Sequitur ἴσσος [36]), quae est forma Aeolica (cf. Ahr. d. d. Aeol. p. 66) pro ἴσος apud Atticos scriptores et ἶσος apud poetas epicos usitata. Jam quum in lingua Graeca adjectivum, quod respondeat, in -υς desinens desideretur, e sermone Sanscrito afferendum adverbium vishu (aeque). Sed e voce ἴσσος forma conicienda est †visva, quae exstat sane quamvis corrupta in vishuva (Mbh. 3, 13475) [37]) et in sermonis Graeci forma ϝίσϝος, quam Curtius Etym.[2] p. 339 etiam in Hesychii glossa γισγόν· ἴσον inesse contendit. Nec tamen recte. Nam etiamsi digamma in initio vocabuli positum ex hiatu apud Homerum (Il. λ 295, μ 130, ν 802, ψ 569. Od. ϑ 115, σ 27), ex nomine composito ϝισοτελία in duabus inscriptionibus Boeoticis (C. J. Gr. 1562 et 1563 b), aliis rebus [38]) facile perspicitur atque ego formam ϝίσϝος in lingua Graeca re vera exstitisse persuasum habeo [39]), tamen glossema illud cum M. Schmidtio (Hesych. edit. vol. V p. 20;

---

34) Cf. praeterea Hesych. s. vv. ἀργός et νεωχέλεια.

35) Haec forma facile conici potest e Goth. mildu et Slav. mladu, nostra ‚mild'. Cf. Kuhn et Schleich. Beitr. IV p. 280.

36) Non ineptum videtur hoc loco adnotare etiam nomen ἴσσος = ἵππος exstare (cf. Diefenbach, Goth. Wörterb. I, 828), quae forma processit ex Scr. áçva = assa (Pali).

37) Ceterum etiam forma vishva = visva ex accusativo vedico vishvam = vishuvam efficitur, quam reperimus Pâṇ. 6, 4, 77 Vârtt.

38) Etiam vox Homerica ἐΐση, ἐΐσος huc referenda, in qua ε digammatis loco videtur positum esse, sicut etiam Hesychii glossa βίωρ· ἴσως digamma praebet forma literae β.

39) Arctissime cognata videtur esse forma Lesbiaca γίσσον.

vol. IV p. CX) ex loco Homeri (Il. χ 440) ἦγ' ἱστόν natum esse puto. Nam *(Η) ΓΙΣΤΟΝ* facile confundi poterat cum *ΓΙΣΓΟΝ* [40]). — Restat, ut de voce καλλός agamus, quam ex adverbio καλλά patere jam supra (not. 19) adnotavimus. καλλά enim illud accusativus pluralis generis neutrius est, qui, ut solet, adverbii loco positus est. Jam quum καλλός eodem, quo căru (R̥V. IV, 49, 2) et καλύς (cf. not. 19) etymo utatur (cf. Benf. K. Z. VII, 115. Pott, E. F.[2] II, 723, 828), antiquiorem quam haec repraesentat formam. — Haec igitur, ni fallor, exempla sunt ex lingua Graeca sumpta, in quibus forma antiquior in va praeter recentiorem in u servata est. Sermone autem ad hunc finem perducto cognitisque, per quas suffixum vant in u transiit, formis omnibus tempus videtur de ipsis adjectivis hoc suffixo praeditis quaerere. Antea tamen monendum suffixum u saepius etiam ex forma primaria ant profectum videri. De hac re brevis erit disputatio exempla nonnulla complectens, ex quibus, quo jure transitum illum suffixi ant in u statuerim, patere arbitror. Sic ex comparationis gradibus adjectivorum mahánt = mahát (S. V. I, 1, 1, 3, 3), br̥hánt = br̥hát (S. V. I, 1, 1, 4, 3), aliorum, ut mox videbimus, suffixum u in his nominibus quondam infuisse promptissime cognoscitur. Quidni enim máhîyân et bárhishṭha (R̥V. III, 13, 1) ab obsoletis fortasse formis †mahú et †barhú potius repetamus? Eodem vergunt vocabula kráçîyân, bhráçîyân, κύδιστος, alia, quae ita explicari solent, quasi ex positivis kr̥çá, bhr̥çá, κυδρός orta sint. Si vero stirpes cognatas cracent-, quae apud Ennium legitur, frequent-, ὑπερκυδαντ- (Il. δ 66, 71) respiciemus, in sententiam facile hanc discedemus etiam his comparationis formis positivum in u subjectum esse, quod suffixum (u) ex primario ‚ant' originem duxit [41]). Ant autem non statim in u transiit, sed antea in an et a corruptum videtur esse, ex quo u nescio an fuscae et obtusae vocis pronuntiatione natum sit.

---

40) Quum ἥμισυς = †sâmi-sva eodem fere modo compositum sit, quo primaria adjectivi ἴσσος forma vi-sva, valde miror, cur exceptis Phocide et Arcadia fere ubique dictum sit ἥμισυς, non ἥμισσος; aut cur non altera forma †ἰσύς in usu fuerit.

41) Simili cognatione conjuncta sunt vocabula, quae Kuhnius (Herabkunft des Feuers und des Göttertranks. Berl. 1859 p. 32) inter se comparavit Picent-inu- et picu-.

Sic, ut exempla nonnulla afferam, Scr. asthán Latino ossu (ex ọstu) apponendum, deinde cum nomine Scr. ukshán Latinum vacca = (vacsa), Gothicum aúhsu (Timoth. 1, 5, 18. Cor. 1, 99) comparandum. Fortasse etiam huc pertinent vocabulum Scr. carú- (S. V. II, 8, 1, 2, 2) (nubes), quod ortum habet a participio verbi car (ire) = cárat (iens: S. V. I, 3, 2, 4, 9) et glossa Phrygia *βέδυ* (*βέδυ τοὺς Φρύγας τὸ ὕδωρ φησὶ καλεῖν*), quae cum Scr. udán (ṚV. I, 104, 3; 4) = †vadant, Graec. *ὕδατ-*, Goth. vatan- comparanda videtur. Ne tamen mireris, cur a in u transiisse contendam, scito plurima neutrius generis in as nomina alias etiam in us formas habere velut cákshas (ṚV. VII, 98, 6) = cákshus (ṚV. X, 87, 8), alia; deinde, qua re sententia nostra maxime defenditur et comprobatur, nonnullorum verborum tertiam pluralis personam in lingua Scr. non in an(t) exire, sed in us velut in ápiparus, ánâishus et in omnium tertiae, quam vocant, classis verborum imperfecto. His expositis rebus ex ordine, quem sequimur, progrediendum est ad adjectivorum Graecorum contemplationem. Et in duo quidem genera haec dividimus; unum est eorum, quae suffixum u servarunt, alterum autem eorum, in quibus non tam apertum nobis et ante oculos positum est, sed adfuisse quondam conici potest. Nam adjectiva haec aut abjecto suffixo u aliud asciverunt aut ipsa omnino perierunt, ita ut ex substantivis, adverbiis, alius generis vocabulis cognoscamus ea omnino exstitisse. Haec autem quaestio, quum difficilior sit, antea videtur instituenda, quam de iis agemus vocabulis, quae suffixum u servarunt. Primum igitur disputandum de nominibus denominativis, quae maximi ad hanc rem momenti sunt. Nam, ut exemplum afferam, adjectivum †*πινύς* ex substantivo *πινυτής* (Anyte Anth. VII, 490 al.) efficitur. Suffixum enim *-τητ-* adjectivis tantum additur in *υς* et in *ος* desinentibus, adeo ut semper substantivum abstractum oriatur, qualia habemus nomina *βραδύτητ-*, *δριμύτητ-*, *βραχύτητ-* alia [42]). Simili modo

[42]) Sane nonnulli scriptores contra, quam sancitum est, egerunt, quum formas fingerent velut *ἑνότητ-*, *βιότητ-* (h. in Mart. VII, 10, qui propter hanc aliasque causas valde recens videtur esse. Cf. O. Mueller, Griech. Literaturg. vol. I. p. 127 sq.), *παντότητ-*, *ἰότητ-* (Il. *τ* 9, *σ* 396 al.), *μελανότητ-* alias, de quibus cf. Aufrecht, K. Z. I p. 159—163.

in lingua Scr. adjectivo vásu substantivum vasútâti [43]), in lingua Zendica adjectivo vaṅhu substantivum vaṅhutâṭ respondet, alia. Eadem ratione e substantivis neutrius generis suffixo *ος* = as aut us (Scr.) formatis adjectiva talia conicere possumus, dummodo curemus, ne primitiva velut mánas (Benf. Chrestom. p. 206, 24) a man (cogitare) = *μένος*, janús (ṚV. IV, 17, 20) a jan (gignere) = *γένος* = genus cum denominativis confundamus (cf. Curt. d. n. Gr. form. p. 3); nam de denominativis tantum hic agitur. Quare jam Schweizer (K. Z. II, 296) nomina *ταΰς* (Hesych.; cf. etiam vocem *Ταΰ-γετος*) et távas (potentia. Scr.) inter se comparat dicens: *ταΰς:* távas = *ἡδύς: ἦδος*. Atque etiam nobis similis cognatio sumenda est inter *αἶσχος*, *ἔχθος*, *κέρδος*, *κῆδος*, *κῦδος*, *ῥῖγος*, *ἄλγος*, *μῆκος*, *ἔλεγχος*, *ὕψος* (nisi forte etiam substantivum, quod secundam declinationem sequitur, *οἶκτος* huc referendum est) et adjectiva, quae sine dubio quondam exstabant, *αἰσχύς* (cf. *Αἰσχύ-λος* cum formis simillimis *ἡδύ-λος*, *δριμύ-λος*, *παχυ-λός*, *Πραΰ-λος*) cett. Ceterum si quis nomina illa quin denominativa sint, dubitat, eum aliis, quas infra afferemus, causis, ut nostram de his adjectivis sententiam probet, adductum iri spero. Eandem enim cognationem, quam habet adjectivum *ἡδύς* cum nomine *ἦδος*, exstare etiam puto inter adjectiva in *-υς* cadentia et quae *α* privativo aut praepositione aut alia omnino voce praeposita ex iis derivantur. Quam igitur rationem habet *ἀβαθής* ad *βαθύς*, *ἀβαρής* ad *βαρύς*, alia [44]), eam sumendam esse etiam inter *ἐπαισχής*, *ἀπεχθής*, *αἰσχροκερδής*, *ἀκηδής*, *ἐπικυδής*, *δυςριγής*, *ἀναλγής*, *ἀνδρομήκης* (nomen *ἔλεγχος* cum voce, quae jam simplex in *ης* terminatur, componendum est: *ἐλεγχής*), *ἰσοϋψής*, *ἀνοικτής* (Hesych.) et eorum simplicia; quibus subjungam *προφερής*, quod, quamquam adjectivum cognatum in *υς* exiens non reperitur, tamen huc pertinere videtur, ut mox, ubi de superlativo *φέριστος* agemus, accuratius quaeremus. Simili cum adjectivis in *υς* cognatione adverbia nonnulla in *α* desinentia utuntur. Nemo enim infitias ibit adverbia *τάχα*, *λίγα*, *ὦκα*, *κάρτα*

---

43) cf. ṚV. I, 122, 12. VI, 1, 13. Benf. Scr. Gr. maj. p. 288.

44) Cf. etiam adjectiva *ἀβριθής* (: *βριθύς*), *ἀπλατής*, *ἀτενής* (: *τανύς*), *ἀθαρσής*, *ἀηδής*, *ἀγλυκής*, *ποδώκης*, *ἰσοπαχής*, *ἰσοταχής*, *ἀτραχής* alia et Lobeckii (ad Phryn. p. 533–541) speciosissimam de his adjectivis commentationem.

(καρτύς = κρατύς), γάκα (= γλυκέως Ahr. d. d. Dor. p. 124) sive accusativi pluralis sint ex ταχέα, λιγέα cett. correpti, sive aliter formata, ullo modo cum adjectivis ταχύς, λιγύς, ὠκύς, κρατύς, γακύς (pro γλυκύς) conjuncta esse. Sed etiam adverbia ὄχα, ἦκα, μάλα, αἶψα, θαμά (crebro: Soph. El. 524), δηθά huc traho, quae ab adjectivis †ὀχύς (quod Sanscrito vahú-s = bahú-s, multus, appono), †ἠκύς (cf. superlativum ἥκιστος Il. ψ 531 et quae disserit Buttmannus in Lexil. I p. 13; 301 de cognatione, qua haec vox cum ἥκιστος utitur), †αἰψύς (cf. comparativum αἴψιον, Ahr. d. d. Dor. p. 388), θαμύς, unde nominativus plur. femin. θαμεῖαι repetitur, †δηθύς, quod ex verbo apud Homerum usitato δηθύνω consequitur, originem ducunt. Fortasse etiam ἄρα huc pertinet, cujus positivus ἀρύς et ex comparativo ἀρείων = ἀρϝίων et ex feminini forma Ἄρεια (cf. αἰπύς et Αἴπεια) conicitur (vide etiam Benf.: ‚Ueber die Entstehung des Indogerm. Vocat. p. 76 not. 82'). Nam, quae altera est hujus particulae forma in interrogationibus posita ἆρα, ea propter interrogativae particulae in enuntiationum initio collocatae vim et gravitatem hoc accentu notata est sicut etiam vocativus vocis Ἄρης in arsi acuitur Ἀρες (Il. ε 31).

Deinde quemadmodum jam Curtius Etym.[1] I, 300 nomen proprium Μινύαι cum adjectivo μινύς contulit, ita etiam nos comparemus oportet vocabula Ματύαι (γναθοί, Hesych.) cum voce illa, quae exstat in inscriptione Viterb. (n. 2056 l. 8 Fabretti) ΜΑΤΥ = ματύ [cf. adjectivum cognatum mattus vel matus, quod, ni fallor, apud Petronium (fr. Trag. 41 extr. Burm.) legitur et in glossis Isidori explicatur ‚humectus, emollitus'] et Καρύαι, quod nomen Benfeyus (W. L. II, 154) ad Gothicum hardu pertinere arbitratur. Nam etiam ex Καρύαι adjectivum in υς exiens efficitur †καρύ-ς, cujus rei aliud argumentum idque valentissimum reperimus, si substantivum κάρυον (nucleus) respicimus, quod nescio an proprie significaverit ‚durum' = τὸ †καρύ [45]). — Sequitur, ut feminini formas θάλεια,

---

45) Cf. cum hac voce vocabula Sanscrita khára-s (Bhâg. P. 7, 8, 28) = durus et kar-kara- (Trik. 3, 3, 337) = κάρκαροι · τραχεῖς (Hesych.). Ceterum etiam substantivum callis, quod Benfeyus (W. L. II, 319) et Curtius (Etym.[2] p. 134) cum κέλευθος comparant, huc trahere ausim, adeo ut adjectivum sit simili modo atque mollis formatum et eodem intellectu, quo †καρύ, quod sumpsimus = ‚durum, asperum' positum. Quare mea

λίγεια, *ἐλάχεια*, *θαμεῖαι*, *ταρφεῖαι*, *Αἴπεια*, *Ἄρεια*, *Θάλεια* commemoremus, quibus adjectiva in *υς* terminata subesse altera hujus libelli parte demonstrabimus, ubi de accentu horum adjectivorum agemus. Sed hoc loco nobis paucis monendum de feminini generis substantivo *ὄργυια* (Il. *ψ* 327. Od. *κ* 167 al.) vel *ὀργυιά* [46]) (in prosa oratione) quod respondet in lingua Scr. feminino imaginario †arjvî = ṛijvî (Bhâg. P. X, 42, 6) ex ṛijú. Ex hac igitur voce, in qua v = *ϝ* servatum, sed more solito in ypsilon mutatum est, Graecum adjectivum †*ὀργυ-* conici potest. Alius deinde fons, unde adjectiva in *υς* cadentia hauriamus, sunt verborum in *-ύνω* desinentium ea, quae ab Homero usurpantur neque posterioribus linguae Graecae temporibus orta sunt. Nam, quod jam L. Meyer (Gr. II p. 77) recte vidit, post Homeri aetatem hoc verborum genus adeo adamari coeptum est, ut a quovis nomine ea formarentur, stirpes autem suffixo *υ* = u praeditae non jam subessent. Verba vero illa Homerica L. Meyer l. l. collegit; ex quibus hic nomino *αἰσχύνειν*, *δηθύνειν*, *φορύνειν*, quibus adjectiva †*αἰσχύς*, †*δηθύς*, *φόλυς* (Hesych.) appono. His omnibus rebus adhuc tractatis adhaeret quaestio perdifficilis de comparationis gradibus in *-ίων* et *-ιστος* = îyân [47]) et ishṭha-s instituenda. Haec autem suffixa in omnibus linguis cognatis in usu erant exceptis Latina et Celtica, quae aliud usurpabant superlativi suffixum, et Lituanica et Slavica, quae superlativi suffixo omnino carent. Quaeritur autem, num, quod contendo, omnibus linguae Graecae comparativis his suffixis formatis positivi in *υς* exeuntes respondeant.

Quem ad finem omnes, quotquot invenimus, hujusmodi formas hic enumeremus oportet. Sunt autem hae:

---

quidem sententia vox callis significat viam asperam vel per loca aspera ferentem.

[46]) de accentu huj. voc. cf. Arcad. p. 100, 3.

[47]) De suffixi hujus origine, quam hic non curamus, jam multi viri docti disputarunt, quorum nomina et locos, quibus de hac re egerunt, collecta invenies apud Weihrichium (de gradd. comp. p. 59 not. 3).

Comparat.	Superlat.	Posit.
ἀγχίων (Et. M.)	*ἄγχιστ-* (Hom.)	*ἐγγύς.*
ἆσσον (Hom., Trag.)		(anhú-
ἄσσιον (C. J. I, 737)	*ἄσσιστα* (Aesch. fr. 62)	Scr.)
ἔγγιον (Ahr. d. d. Dor. p. 338)	*ἔγγιστ-* (C. J. II p. 186, 35)	
ἔσσον (Cram. Anecd. Ox. I, 42, 28)		
ἐγχίων (Kühn. A. Gr. p. 442)		
βάθιον (Theocr. 5, 43. Tyrt. 3, 6)	*βάθιστ-* (Il. *ϑ*, 14)	*βαθύς.*
βάσσων (Et. M. p. 191, 8)		
βράδιον (Hes. Op. 528, Lobeck. ad Phrynich. p. 101)	*βράδιστ-* (Aristoph. fr. 324)	*βραδύς.*
βραχίων (Kühn. A. Gr. p. 428)	*βράχιστ-* (Soph. Ant. 1328. O. C. 1115. fr. 179)	*βραχύς.*
βράσσων (Il. *κ* 226)		
βρόσσονος (Hesych.)		
γλυκίων (Hom.)	*γλύκιστ-* (Aelian. n. a. 3, 57)	*γλυκύς.*
γλύσσων (Et. M. p. 235)		
ἐλάσσων (Hom., Her., Soph.)	*ἐλάχιστ-* (Hom. h. *β*, 573)	*ἐλαχύς.*
ἡδίων (Soph. O. R. 592)	*ἥδιστ-* (Hom., Soph., Eurip.)	*ἡδύς.*
καλίων (Ahr. Dor. 388. Aeol. 63)	*κάλιστ-* (Sapph. fr. 3. Ahr.)	*καλύς.*
καλλίων (Hom., Soph., Eur.)	*κάλλιστ-* (Hom., Trag., Pind.)	
κρείσσων (Hom., Soph., Eur.)	*κάρτιστ-* (Od. *μ* 120 Il. *ζ* 185)	*κρατύς.*
κρέσσων (Pind. Ol. 2, 24 al.)	*κράτιστ-* (Trag., Pind.)	
κάῤῥων (Ahr. Dor. p. 103)		
μείων (Hom., Soph., Pind.)	*μεῖστ-* (Bion. 5, 10)	*μινύς.*
μήων (Ahr. Aeol. 92)		
παχίων (Arat. Diosc. 53)	*πάχιστ-* (Il. *π*, 314)	*παχύς.*
πάσσων (Hom.)		
πλείων (Hom., Trag.)	*πλεῖστ-* (Hom., Herod., Soph., Eurip., Pind.)	*πολύς.*
πλέων (Hom., Trag.)		
πλήων (Ahr. Dor. 164. Aeol. 92)		
πλίων (Ahr. Aeol. 92. 190)		
	πρέσβιστ- Soph. fr. 523. 539. Aesch. Sept. 390. Hom. h. 30, 2)	*πρέσβυς.*

Comparat.	Superlat.	Posit.
	πρειγιστ- (Cret. cf. Buttm. Lex. II p. 162)	
ταχίων (Bion. X, 6. Plut., Diod.)	τάχιστ- (Hom., Herod., Soph., Eurip., Aristoph., Pind.)	ταχύς.
θάσσων (Hom., Soph., Pind.)		
	τήλιστ- (Orph. Arg. 179. 1186)	τῆλυ.
ὠκίων	ὤκιστ- (Hom., Aesch. S. 65)	ὠκύς.
αἰσχίων (Il. φ, 437. Soph. El. 559)	αἴσχιστ- (Il. β, 216. Her., Soph., Eurip.)	
αἴψιον (Ahr. d. d. Dor. p. 388)		
ἀλγίων (Hom., Soph., Aesch., Eurip.)	ἄλγιστ- (Il. ψ, 655. Soph., Eurip.)	
	ἄλπνιστ- (Pind. Isth. IV, 10)	
ἀμείνων (Hom., Her., Eur., Theocr.)		
ἀρείων (Hom., Pind., Theocr.)	ἄριστ- (Hom., Trag.)	
βελτίων (Soph. fr. 779, 5. Eurip.)	βέλτιστ- (Aristoph. Lys. 34)	
βεντίων (Greg. Cor. p. 354. 658)	βέντιστ- (Theocr. 5, 76)	
	ἐλέγχιστ- (Il. δ, 171. ρ, 26 al.)	
ἐχθίων (Soph. Aj. 1054 al.)	ἔχθιστ- (Il. β, 220. Soph., Eurip.)	
ἥσσων (Hom., Tragici)	ἥκιστ- (Soph. Ph. 427. Arist. Plut. 203)	
ἕσσων (Herod. VII, 213. VIII, 113)		
κακίων (Od. β, 277. Soph. fr. 718, 2)	κάκιστ- (Hom., Soph., Eur., Arist.)	
κερδίων (Hom., Theocr.)	κέρδιστ- (Il. ζ, 153. Soph. Aj. 743)	
κηδίων	κήδιστ- (Il. ι, 642. Od. θ, 583)	
κρήγυον (Il. α, 106)		
κυδίων (Eur. Alc. 960 al.)	κύδιστ- (Hom., Her., Aesch.)	
	λοῖσθος = λοίπισθος (Il. ψ, 536. Soph.)	
λωΐων (Hom., Soph., Theocr.)	λῷστ- (Soph., Eur., Theocr.)	
μᾶσσον (Od. θ, 203, Aesch.)	μήκιστ- (Hom., Soph., Aesch.)	

Comparat.	Superlat.	Posit.
μᾶλλον (Hom., Her., Trag. al.)	μάλιστ- (Hom., Her., Trag.)	
μάλλιον (Tyrt. II, 12, 6)		
μείζων (Hom., Trag. al.)	μέγιστ- (Hom., Her., Trag.)	
μέζων (Herod., Greg. Cor. p. 463)		
μέσδων (Ahr. Dor. p. 95)		
μέσσων (Kühn. A. Gr. p. 437)		
μέττων (Ahr. Aeol. p. 176)		
	οἴκτιστ- (Od. λ, 412; μ, 342)	
(ὑπ)ολίζων (Il. σ, 519)	ὀλίγιστ- (Il. τ, 223)	
	ὄλβιστ- (Greg. Cor. p. 896)	
	ὀνήϊστ- (Diog. Laert. 8, 49)	
	πέριστ- (cf. Benf. W.L. II, 106)	
πρίν = +πρίον (Hom., Trag. al.)		
πρήϊον = πρίν (Hesych.)		
πόρσιον (Pind. Ol. 1, 114)	πόρσιστ- (Pind. N. 9, 29)	
	πρώτιστ- (Hom., Eur., Arist.)	
ῥάων (Trag., Theocr.)	ῥᾷστ- (Soph.) = ῥάϊστ- (Theocr.)	
ῥηΐων (Herod.)	ῥῇστ- (Tim. fr. 42)	
ῥᾷσσον (Et. M. 158, 15)	ῥήϊστ- (Od. δ, 565)	
ῥίγιον (Od. ρ, 191 al.)	ῥίγιστ- (Il. ε, 873)	
	τέρπνιστ- (Callim. in Et. M. 753, 21)	
ὕψιον (Pind. fr. 129)	ὕψιστ- (Soph., Pind., Theocr.)	
	φέριστ- (Hom., Soph., Aesch.)	
	φέρτιστ- (Pind. Skol. 6, 2)	
φιλίων (Od. τ, 351; υ, 268)	φίλιστ- (Soph. Aj. 842)	
χείρων (Od. λ, 621; Soph.)	χείριστ- (Attice).	
χερείων (Hom., Theocr.)		
χερίων (Ahr. Aeol. p. 95)		
χερήων (Dorice)		
χέῤῥων (Greg. Cor. p. 622)		
χήρων (Ahr. Aeol. p. 54 adn.)		

His comparationis formis, quo melior inter linguam Graecam et Sanscritam, quae optime formas grammaticas servarunt,

comparatio institui possit, statim addimus comparationis gradus in îyân et ishṭha exeuntes, quotquot invenimus:

Comparativus.	Superlativus.
áçîyân (ocior) Çat. Br. 5, 1, 4, 8.	áçishṭha ṚV. 2, 24, 13. Çat. Br. 4, 1, 3, 3.
ánhîyân (angustior) Ait. Br. 1, 25.	ánhishṭha (vedice cf. Bopp. Gr. Scr. min. p. 149)
áṇîyân (tenuior) Çat. Br. 5, 3, 2, 7.	ánistha ṚV. Prat. 17, 29.
bhûyân (plus) ṚV. I, 11, 8. P. 6, 4, 158. bhávîyân (plus) ṚV. I, 83, 1. S.V. II, 2, 2, 17, 2.	bhûyishṭha ṚV. VIII, 85, 3. Vop. 7, 62.
	çámbhavishṭha (saluberrimus) ṚV. V, 76, 2. VI, 62, 5.
	dánsishṭha (valde mirus) ṚV. I, 182, 2, VIII, 22, 1.
gárîyan (gravior) MBh. I, 2749; 1886.	gárishṭha A.K. 3, 2, 62. Pân. 6, 4, 157.
kárîyân (plus agens) cf. Wils. p. 193.	kárishṭha ṚV. VII, 97, 7. Vop. 7, 55.
	krádhishṭha (valde mutilatus). Ind. Stud. 3, 458, 4.
lághîyân (levior) Pâṇ. 5, 3, 57. Vop. 7, 54. rághîyân (levior) T.S. 7, 4, 9.	lághishṭha Pâṇ. 5, 3, 57. Vop. 7, 54.
málîyân (sordidior) Pâṇ. 5, 2, 114. A.K. 3, 2, 4.	málishṭha Trik. 2, 6, 6.
	mándishṭha (maxime delectans) ṚV. VIII, 2, 9. S.V. I, 3, 1, 4, 4.
	máñjishṭha (pulcherrimus) A.K. 2, 4, 3, 9.
mrádîyân (mollior) Pâṇ. 6, 4, 161. Vop. 7, 59.	mrádishṭha Pâṇ. 6, 4, 161. Vop. 7, 59.
pánîyân (laudabilior) ṚV. X, 64, 15. S.V. I, 5, 1, 4, 1. pányân (laudabilior) ṚV. VI, 18, 9. S.V. II, 7, 2, 12, 3.	pánishṭha ṚV. VI, 59, 2. III, 1, 13.
páṭîyân (acrior) Pâṇ. 6, 4, 155.	páṭistha Çatruñjayamâhatmya (ed. A. Weber) 10, 92.

Comparativus.	Superlativus.
práthîyân (latior) P. 6, 4, 161. Çat. Br. 11, 4, 1, 5.	práthishṭha ṚV. X, 87, 1. Vop. 7, 59.
rájîyân (rectior) Pâṇ. 6, 4, 162.	rájishṭha ṚV. I, 79, 3. X, 100, 12.
ṛíjîyân (rectior) ṚV. VII, 104, 12. A.V. V, 14, 12.	ṛíjishṭha Pâṇ. 6, 4, 162.
sā́dhîyân (melior) Pâṇ. V, 3, 63.	sā́dhishṭha Vâlakh. 5, 7. Vop. 7, 56.
svā́dîyân (suavior) ṚV. VIII, 24, 20. S.V. II, 6, 3, 17, 3.	svā́dishṭha S.V. II, 3, 2, 6, 3. ṚV. IV, 10, 5.
tánîyân (tenuior) Çat. Br. 2, 2, 2, 9.	tánishṭha Çat. Br. 7, 1, 2, 20.
tápîyân (ardentior) Bhâg. P. 2, 9, 8.	tápishṭha ṚV. X, 89, 12. A.V. 7, 77, 3.
tárîyân (magis penetrans) ṚV. V, 41, 12.	
trápîyân (magis satiatus) Pâṇ. 6, 4, 157.	trápishṭha Pâṇ. 6, 4, 157. Vop. 7, 56.
várîyân (latior) ṚV. II, 12, 2. A.V. 6, 53, 3.	várishṭha Pâṇ. 6, 4, 157. ṚV. IV, 56, 1.
várshîyân (diutius manens) Pâṇ. 6, 4, 157. ṚV. 6, 44, 9.	várshishṭha S. V. I, 2, 1, 4, 5. ṚV. V, 7, 1.
vásyân (melior) ṚV. I, 109, 1. S.V. I, 5, 1, 2, 2.	vásishṭha ṚV. 2, 9, 1. A.V. 6, 21, 2. S.V. II, 3, 1, 13, 3.
vásîyân (melior) T.S. 2, 6, 6, 3. 5, 4, 4, 5.	
	vijáyishṭha (maxime superans) Pâṇ. 6, 4, 154. Schol.

	áçishṭha (quod latissime extenditur) Çat. Br. I, 9, 2, 20.
álpîyân (minor) Pâṇ. 5, 3, 64. A.K. 3, 2, 12.	álpishṭha Vop. 7, 60.
	añjishṭhá (maxime pictus) Uṇâd. 4, 2.
	ávishṭha (valde attentus) ṚV. VII, 28, 5.
bálîyân (robustior) Ait. Br. 1, 23. Bhâg. P. 4, 3, 16.	bálishṭha Çat. Br. 3, 3, 4, 15.
báṅhîyân (major) Pâṇ. 6, 4, 157.	báṅhishṭha ṚV. 5, 62, 9.
váṅhîyân (major).	váṅhishṭha Vop. 7, 56.

Comparativus.	Superlativus.
	bárhishṭha (validissimus) Ṛ V. 3, 13, 1. Çat. Br. 9, 1, 2, 37.
	bhándishṭha (maxima laetitia exsultans) ṚV. I, 97, 3. 5, 1, 10.
bhráçîyân (amplius) Paṭ. ad P. 6, 4, 161.	bhráçishṭha Vop. 7, 59.
bráhmîyân T.S. 2, 5, 8, 3.	bráhmishṭha Bhâg. P. 4, 1, 35. 4, 3, 3.
	bhrā́jishṭha (maxime fulgens) V. S. 8, 40. Bhâg. P. 5, 20, 21.
	çácishṭha (robustissimus) ṚV. IV, 20, 9. VIII, 55, 14. SV. I, 2, 2, 3, 5.
	cánishṭha (clementissimus) ṚV. VII, 20, 8. 57, 4.
	çávishṭha (fortissimus) S.V. I, 3, 2, 1, 5. ṚV. VIII, 33, 13.
	cétishṭha (sapientissimus) S.V. I, 1, 1, 5, 1. ṚV. I, 65, 9.
	çócishṭha (valde lucens) ṚV. VIII, 49, 6. S.V. II, 4, 1, 22, 2.
	códishṭha (maxime agitans) ṚV. 8, 91, 3.
	çrávishṭha (celeberrimus) cf. Wilson. Diction.
çré'yân (melior) ṚV. VI, 41, 4. Pân. 5, 3, 60.	çréshṭha S. V. II, 8, 3, 14, 1. ṚV. II, 7, 1.
dávîyân (longinquior) Vop. 7, 56. ṚV. VI, 47, 29.	dávishṭha S. V. I, 2, 1, 1, 9. Pân. 6, 4, 156.
	déshṭha (qui plurimum dat) ṚV. VIII, 55, 6.
	dhéshṭha (idem) ṚV. I, 170, 5. VII, 93, 1.
	dhánishṭha (ditissimus) Çânkhâyani Çrautasûtrâṇi 8, 20, 4.
	dhánishṭha (celerrimus) ṚV. X, 73, 1.
	dhármishṭha (justissimus) Bhâg. P. 9, 16, 15. M.Bh. 15, 779.

Comparativus.	Superlativus.
dóhîyân (plus mellis praebens) Pāṇ. 6, 4, 154.	
dráḍhîyân (firmior) Paṭ ad P. 6, 4, 161.	dráḍhishṭha Taitt. Up. 2, 8. Vop. 7, 59.
drăghîyân (longior) S. V. I, 5, 1, 1, 5. Pâṇ. 6, 4, 157.	drăghishṭha ṚV. III, 62, 17. S.V. II, 1, 1, 15, 2.
	dúrishṭha CKDr. Wils. superlativus adverbii dur = dush.
	gámbhishṭha (profundissimus) Çat. Br. 7, 5, 1, 8.
	gámishṭha (optime iens) ṚV. I, 118, 3. A. V. V, 20, 12.
	gávishṭha (sol) Bhâg. P. 1, 10, 36. MBh. I, 2670.
	gô'pishṭha (tuens) Çat. Br. 2, 2, 3, 2. 2, 3, 4, 1.
	grásishṭha (plurimum vorans) ṚV. I, 163, 7.
hrásîyân (brevior) Pâṇ. 6, 4, 156.	hrásishṭha Vop. 7, 56.
	jánishṭha (pater, genitor) ṚV. X, 73, 1. S.V. I, 1, 1, 3, 9.
jávîyân (celerior) ṚV. I, 181, 3; IX, 97, 28.	jávishṭha ṚV. IV, 2, 3. Ait. Br. 1, 5.
jyăyân (nobilior) S. V. I, 3, 1, 1, 10. ṚV. VII, 86, 6.	jyăyishṭha MBh. 7, 3701. Hariv. 7265. jyéshṭha ṚV. I, 84, 4. Vop. 7, 58.
kánîyân (minor natu) ṚV. IV, 24, 9. A. V. 3, 15, 5.	kánishṭha Pâṇ. 5, 3, 64. Vop. 7, 60. kanishṭhá (in libris antiquior.).
	kármishṭha (plurimum agens) CKDr.
kávîyân (prudentior) S. V. I, 6, 1, 5, 7. ṚV. IX, 94, 1.	
kráçîyân (gracilior) Paṭ. ad Pâṇ. 6, 4, 161.	kráçishṭha Vop. 7, 59.
kshépîyân (celerior) Pâṇ. 6, 4, 156.	kshépishṭha AK. 3, 2, 61. Vop. 7, 56.
kshódîyân (minor) Pân. 6, 4, 156.	kshódishṭha AK. 3, 2, 61. Vop. 7, 56.

Comparativus.	Superlativus.
	mádishṭha (magnopere delectans) ṚV. IV, 17, 6. A.V. 4, 24, 3.
máhîyân Bhâg. P. 1, 6, 26. S.V. II, 8, 3, 11, 2.	máhishṭha (maximus) Bhâg. P. 3, 14, 47.
mánhîyân (liberalior) ṚV. IX, 66, 17.	mánhishṭha Pâṇ. 5, 3, 59. S.V. II, 1, 1, 15, 3.
mátîyân (prudentior) Vop. 7, 54.	mátishṭha Vop. 7, 54.
médhîyân (sapientior) Vop. 7, 54.	médhishṭha Vop. 7, 54.
návyân (novior) ṚV. II, 31, 7. S.V. I, 1, 1, 3, 8. návîyân (novior) ṚV. VIII, 39, 6. S.V. I, 6, 1, 2, 6.	návishṭha ṚV. I, 82, 2. S. V. I, 5, 1, 3, 7.
	náyishṭha (optime ducens) ṚV. X, 126, 3.
nédîyân (propior) A.V. X, 8, 8. Pâṇ. 5, 3, 63. ṚV. X, 86, 20.	nédishṭha ṚV. I, 17, 2. S.V. 2, 7, 2, 4, 2.
	óçishṭha (ocissimus) TS. I, 4, 36, 1.
ójîyân (robustior) ṚV. IX, 66, 17. A.V. 10, 3, 7.	ójishṭha S.V. I, 4, 2, 4, 1. ṚV. IX, 66, 16.
ógîyân (ocior) Bṛh. Ar. Up. 5, 14, 4.	
	óshishṭha (ocissimus) TS. I, 6, 12, 3.
pápîyân (pejor) Ait. Br. 3, 7. 7, 26.	pápishṭha AV. 7, 115, 3. Çat. Br. 1, 9, 2, 35.
parivrádhîyân (superior) Paṭ. ad Pâṇ. 6, 4, 161.	parivrádhishṭha Vop. 7, 59.
	párshishṭha (plurimum servans) ṚV. X, 126, 3.
pátîyân (melius volans) Pañcaviñça Brâhmaṇa 5, 1, 12.	pátishṭha ṚV. X, 165, 5.
	pī́vishṭha (pinguissimus) Çat. Br. 2, 1, 1, 7.
préyân (carior) ṚV. I, 140, 11. A.V. 11, 4, 9.	préshṭha ṚV. V, 43, 7. VII, 34, 14. S.V. I, 1, 1, 1, 5.
ráhbyân (vehementior) ṚV. I, 120, 4. rábhîyân (vehementior) V.S. 21, 46.	rábhishṭha ṚV. V, 58, 5.

Comparativus.	Superlativus.
sáhyân (potior) ṚV. I, 71, 4. I, 120, 4.	sáhishṭha ṚV. VI, 18, 4.
sáhîyân (potior) ṚV. VIII, 39, 5. S.V. II, 8, 3, 11, 2.	
sphéyân (magis turgidus) Pâṇ. 6, 4, 157.	sphéshṭha Vop. 7, 56.
	srábhishṭha(optimus) ṚV. I, 186, 7.
srájîyân (covered with garlands: Wils.) Pâṇ. 6, 4, 163.	srájishṭha Pâṇ. 5, 3, 65.
stávîyân cf. Weihrich. p. 62.	
sthávîyan (crassior) Pân. 6, 4, 156. Çat. Br. 5, 3, 2, 7.	sthávishṭha Vop. 7, 56.
sthéyân (crassior, firmior).	sthéshṭha Vop. 7, 56.
távîyân (fortior) ṚV. X, 92, 8. VI, 18, 4.	
távyân (fortior) ṚV. III, 32, 11. X, 117, 5.	
téjîyân (splendidior) ṚV. III, 19, 3.	téjishṭha S.V. II, 6, 2, 17, 2. ṚV. I, 53, 8.
tvácîyân (qui meliore cute utitur) Pâṇ. 6, 4, 163.	tvácishṭha Pâṇ. 5, 3, 65.
tvákshîyân (magis strenuus) ṚV. II, 33, 6.	
	váçishṭha (forma posterior pro vásishṭha).
váhîyân (melius vehens) ṚV. I, 104, 1.	váhishṭha ṚV. I, 121, 12. 134, 3.
váhîyân (magis pervius) TS. 7, 2, 8, 6.	„ ṚV. VI, 21, 12.
	vấhishṭha (optime gerens) S.V. I, 1, 2, 4, 6. ṚV. VII, 37, 1.
vánîyân (plus communicans) Bhâg. P. 1, 19, 36.	vánishṭha ṚV. VII, 18, 1.
vánîyân (plus conficiens) ṚV. V, 77, 2. X, 117, 7.	„ ṚV. VII, 10, 2.
	vícayishṭha (plurimum amovens) ṚV. IV, 20, 9.
vṛíndîyân (excellentior) Pâṇ. 6, 4, 157.	vṛíndishṭha Vop. 7, 56.

Comparativus.	Superlativus.
yájîyân (plus sacrificans) ṚV. II, 9, 4.	yájishṭha ṚV. I, 36, 10. III, 10, 7.
	yámishṭha (optime frenans) ṚV. I, 55, 7. VI, 67, 1.
yávîyân (junior) Pâṇ. 6, 4, 156. MBh. 5, 5044.	yávishṭha ṚV. X, 87, 8. Vop. 7, 56.
	yéshṭha (ocissime iens) ṚV. V, 41, 3. VII, 56, 6.

Ex lingua Zendica huc referenda censeo vocabula:

âçyaṅh (ocior) y(açna) 56, 11; 4. v(i)sp(ered) 8, 14.	âçista = açista y(ash)t 10, 98. v(vendida)d 13, 75.
kaçyaṅh (minor) vd. 15, 6.* 5, 71.	kaçista yt. 1, 24. vd. 6, 16.
	khrathwista (rectissimus; prudentissimus) vd. 19, 47.
	jaghnista (interficiens, magnopere vincens) yt. 11, 3.
	qarezista (dulcissimus) vd. 2, 77.
	razista (justissimus) y. 67, 41. yt. 10, 3.
	vâzista (plurimus) vd. 64, 18 ed. Spiegel.
vaṅhaṅh = vaqyaṅh = vahyaṅh (melior) cf. Journ. As. vol. XIII p. 60.	vahista y. 9, 53. yt. 17, 6.

---

	aêshista (maxime optans) yt. 13, 107.
aojyaṅh (validior) yt. 13, 17; 64.	aojista (robustissimus) yt. 15, 46. 10, 98. y. 9, 47. vd. 3, 65.
ashyaṅh (pejor) y. 50, 6. 58, 12.	açista y. 30, 4. 30, 6. 32, 4; 33, 4. vd. 3, 120. 5, 177.
	ash-aojista = aojista y. 9, 27. yt. 5, 34.
ashyaṅh (purior). y. 47, 4.	
	bairista (ferens) yt. 12, 7; compp.: nizh-bairista yt. 11, 3. aibî-bairista y. 50, 1.

Comparativus.	**Superlativus.**
	barezista (altissimus) y. 56, 8, 3. yt. 10, 88. √vrih.
	bâdhista (plurimus) vd. 6, 94.
	çevista (utilissimus) y. 54, 16. vd. 10, 16.
çtaoyañh (major) yt. 5, 7. 8, 5. 8, 42.	çtavaêsta yt. 17, 59.
çrayañh (pulchrior) Avest. 183. 184. 543 ed. Brockhaus.	çraêsta y. 13, 28. yt. 5, 129.
	dañhista (sapientissimus) yt. 24, 42.
	darezista (firmissimus) yt. 15, 46. vd. 3, 60.
	dâhista / dāhista cf. dañhista. yt. 13, 17. y. 14, 8. vsp. 3, 14.
	draojista (mendacissimus) yt. 3, 13. cf. Scr. druhú.
	drâjista (longissimus) y. 17, 55.
frâyañh (plus) yt. 17, 17. y. 4, 10.	fraêsta yt. 19, 34. 13, 105.
	fyaêsta (pinguissimus).
	fraoiriçista (adiens) yt. 13, 25.
	gav-âzista (boves agens = flagellum) vd. 14, 45.
	hâidhista (plurimum interficiens) yt. 12, 8.
	hâvista (sacrificans) y. 67, 38. yt. 10, 116. √hu.
	kambista (minimus) vd. 3, 53. 5, 141.
khraozhdyañh (durior) y. 9, 45. yt. 19, 81.	khraozhdista vd. 19, 47. cf. Scr. krudhda proprie: iram dans.
mazyañh = maçyañh (major) cf. Journ. Asiat. vol. XIII p. 72.	mazista = maçista y. 48, 1.
	mairista (maxime reminiscens) y. 29, 4.
	naçista (perniciosissimus) yt. 12, 8.
nazdyañh (propior) yt. 17, 21.	nazdista y. 33, 4. vd. 8, 295.
	na-marazista (valde ignoscens) yt. 16, 1. cf. vî-marezista.

Comparativus.	Superlativus.
	nămista (magna fama dignissimus) y. 36, 5.
	paiti-vacista (libentissime respondens) vd. 18, 19.
	paoshista (valde putens) y. 13, 15.
	reñjista (levissimus) yt. 14, 19.
	râmista (jucundissimus) cf. Journ. Asiat. vol. XIII p. 82.
	shâista (bonus, perfectus) vd. 3, 2. cf. siddha Scr.
tañshyaṅh (fortior, firmior) yt. 13, 64.	tañcista yt. 10, 141. 5, 73.
	thwakhshista (maxime strenuus) y. 9, 47.
	tañjista (fortasse = tañcista) vd. 3, 65.
	uparaodhista (valde luxurians) yt. 10, 126.
	urvâzista (felicissimus) y. 36, 4. 48, 8.
	vaêdista (sapientissimus) y. 32, 7. yt. 12, 7.
vanyaṅh (plus interficiens) Burnouf Yaçn. p. 443 n. 297. cf. vanu (victor) = Scr. vanús (miles).	
	vidhcôista (egregius, selectus) yt. 12, 7.
verezyaṅh (agens). cf. Burnouf Yaçn. p. 384.	
	vî-jaghmista (auxilio veniens) yt. 1, 2.
	vî-marezista (purgans) yt. 1, 2.
	zhnôista (qui maxime novit) yt. 1, 13.
	zôizhdista (turpissimus) yt. 20, 1. vd. 7, 4.
	yûidhista (egregie pugnans) yt. 13, 107.

çpanyanh (sacrior) cf. Pictet II, 694. Av. ed. Brockh. 83. 356.	çpenista y. 42, 16. yt. 10, 126.

Ex vetere lingua Persica hic enumero vocabula: mathista (maximus), dhuwista (remotissimus), wahista (optimus), wasiyah (plus).

Subsequuntur comparationis, de qua agimus, formae linguae Gothicae propriae:

hardizan (Skeireins Aívagg. thaírh Jôh. VI c.) = durior.

sutizan (Matth. 11, 24) = suavior (posit. suts).

airizan (major natu) Matth. 5, 21; 33. Luc. 9, 8; 19.	
azêtizan (facilior) Matth. 9, 5. Marc. 2, 9. 10, 25.	
althizan (major natu) Luc. 15, 25.	
batizan (melior) Luc. 5, 39. Phil. 1, 23.	batista Luc. 1, 3.
favizan (minor) Cor. II, 8, 15.	
hauhizan (altior) Luc. 14, 10.	hauhista Marc. 5, 7. Luc. 4, 5.
ïusizan (melior) Gal. 4. 1.	
juhizan (junior, minor natu) Luc. 15, 12; 13.	
managizan (plus) Cor. I, 9, 19. Matth. 5, 20.	managista Cor. II, 9, 2.
maizan (major) Marc. 12, 31. Luc. 7, 28.	maista Joa. 18, 24. Marc. 4, 32.
minnizan (minor) Rom. 9, 12. Marc. 15, 40.	minnista Marc. 4, 31. Matth. 5, 19.
rathizan (facilior) Luc. 18, 25.	
	reikista (supremus) Marc. 3, 22. Joa. 18, 22.
	smalista (minimus) Cor. I, 15, 9.
spedizan (posterior) Matth. 27, 64.	spedista Marc. 12, 6; 22. Joa. 6, 40.
	sinista (πρεσβύτατος) Matth. 27, 1; 3. Marc. 7, 3.
vairsizan (pejor) Matth. 9, 16. Tim. I, 5, 8.	
vultrizan (plus) Matth. 6. 26.	

Hoc modo comparationis formas, quotquot invenimus, ex quinque linguis attulimus et ita quidem, ut eas, quibus positivi in u = υ-ς exeuntes respondent, separatim enumeraverimus. Perlustrantibus autem nobis omnes illas formas nonnullae occurrunt quinque his linguis aut compluribus earum communes. Hae sunt:

Sanscrite.	Graece.	Zendice.	vet. Pers.	Gothice.
máhishṭha	μέγιστος	mazista		maista
	μήκιστος	maçista	mathista	
lághishṭha	ἐλάχιστος	reñjista		
áçishṭha	ὤκιστος	âçista		
mrádîyân	βραδίων			
ánhishṭha	ἄγχιστ- ἔγγιστ-			
hrásîyân	χείρων			
pápîyân	κακίων			
ójishṭha		aojista		
rájishṭha		razista		
dánsishṭha		dañhista		
nédishṭha		nazdista		
préshṭha		fraêsta		
pívishṭha		fyaêsta		
drádhishṭha		darezista		
çávishṭha		çevista		
sthávishṭha		çtavaêsta		
çréshṭha		çraêsta		
tvákshîyân		thwakhshista		
	τάχιστα	tañcista = tañjista		
drághishṭha		drâjista		
védishṭha		vaêdista		
svădîyân	ἡδίων			sûtizan
yávîyan				juhizan
vásishṭha		vahista	wahista	ïusizan
dávishṭha			dhuwista	
bhŭyas = bah(u)îyas		vâzista	wasiyah	
	κράτιστος	khrathwista		hardizan
	μείων			minnizan

Mirandum igitur, quod non in omnibus adjectivis in u = *υ* terminatis comparationis suffixa îyân et ishṭha servata, sed sensim in repudiatorum eorum locum formae tractatu faciliores -tara et -tama vel-tata (Graece) suppositae sunt. Ita lingua quidem Sanscrita praebet comparationis formas primarias in îyân et ishṭha exeuntes nominum urú, gurú, pṛithú = váriyân, gáriyân, práthîyân, lingua autem Graeca eas non retinuit, sed pro iis magis vulgares in *-τερος* et *-τατος* posuit. Quare pro †*βαρίων*, quae forma proprie usurpanda erat, *βαρύτερος*, pro †*πλατίων πλατύτερος*, pro †*εὐρίων εὐρύτερος* dicebantur. Aliorum autem comparationis graduum velut vás(î)yân, táníyân, táv(î)yân, mâlîyân, quos lingua Sanscrita suppeditat, Graeca nihil nisi positivos servavit: *ἐΰ-ς, τανύ-, ταΰ-ς, μολύ-ς*. Vice autem versa etiam nonnullorum adjectivorum Indicorum propriae comparationis formae e lingua Graeca cognosci possunt. Sic pro *πλείων* et *πλεῖστος* in lingua Sanscrita nullae, quibuscum comparentur, formae reperiuntur, sed purutáma (ṚV. I, 124, 6. IV, 44, 1. X, 23, 6) usurpari solebat; eodem modo cărutara (Ṛtusañhâra ed. Bohlen 6, 2) pro Graeco *καλλίων* dicebatur. Adjectivorum autem táku, rághu, krátu (adj.: ṚV. I, 17, 5), quorum comparationis formas lingua Graeca subministrat, positivus tantum legitur. Quod deinde ad sermonem Zendicum attinet, hic formas praebet kaçista, khrathwista, jaghnista, naçista, tañcista, quarum positivus quidem in u exiens in lingua Sanscrita exstat, nec tamen superlativus in -ishṭha terminatus. Quae quum ita se habeant et, quod equidem scio, comparationis suffixa -tara et -tama in nulla unquam, quae iis usa est, voce suffixis îyân et ishṭha remota sint, sed contra illa horum loco poni soleant velut bahútara (MBh, 3, 17344) pro Vedico bhŭyân et aṇútara (Daçak. in Benfeyi Chrestomathia 198, 22) pro antiquiore áṇîyân, cognitu haud difficile est suffixa haec antiquiora ac remotissimis temporibus magis usitata fuisse, quam illa, praesertim quum etiam adjectivorum in u quondam multo major fuerit numerus. Ceterum quo magis haec sententia probetur, similem ex nostra aetate rem afferre nobis liceat. Etenim in recentiore lingua Graeca nullus, ni fallor, comparativus in *-ίων* desinens reperitur, sed omnes, siquidem omnino non adverbio ante positivum posito, sed comparativi suffixo adhibito formantur, magis unisonam et, quae jam in

omnium ore erat, formam -τερος occuparunt. Sic in dialecto Tzaconica (cf. M. Schmidt p. 365) adjectivorum huc pertinentium comparativi in -ούτερε desinunt, ad formandos autem superlativos adverbia adiciuntur. Sed revertamur ad propositum! Et subdifficilis quidem illa nobis exstitit quaestio, num iis comparationis formis, quas, quia positivis in u = υ cadentibus carere videntur, secundo semper loco enumeravimus, re vera positivi in u = υ subessent. Quae res veri mihi videtur simillima. Demonstrare igitur eam nunc conemur! Primo autem loco vocabula Sanscrita kárîyân, pán(î)yân, várshîyân, víjayishṭha, málîyân, deinde Zendica kaçista, jaghnista, khrathwista, naçista, denique Gothicum ïusizan referenda mihi videri dicendum est ad positivos kârú [48]) (agens ṚV. I, 102, 9) panú (laudabilis ṚV. I, 65, 4) varshú (longus: Mahîdh.) jayú vel jayús (vincens, victor ṚV. VI, 62, 7) πολύ-ς, kaçú (Scr. N. Pr. ṚV. VIII, 5, 37), jaghnu (Scr.: interficiens Uṇ. I, 22), krátu (adj. Scr. ṚV. I, 17, 5: potens), náçu (Scr. = νέκυ-ς, cadaver), vásu (Scr. bonus: ṚV. IX, 81, 3). Simili modo formas rábhîyân a nomine proprio ṛíbhu, yájîyân aut a nomine proprio yáju aut a participio yájvan repeto. Quare quum terminationem van in va et u transire potuisse jam supra viderimus, etiam superlativos Zendicos yûidhista, draojista, paiti-vacista ad participia Sanscrita yúdhvan (pugnans), drúhvan (= druhú) (peccans), vákvan (disserens), deinde vocabula Sanscrita çácishṭha, pátishṭha, pîvishṭha [49]) ad çákvan, pátvan, pîvan est, cur revocemus. Vocem deinde hrásîyân cum hrásva et vaêdista (Zend.) = védishṭha (Scr.) cum vidvás, cujus altera forma vidús [50]) legitur ṚV. I, 71, 10. VII, 18, 2, componere ausim. Jam, ut ad aliam rem progrediamur, maximi ad quaestionem a nobis instituendam momenti sunt positivi suffixo -ra -ρο praediti, velut αἰσχρός, ἐχθρός, κυδρός, μακρός, οἰκτρός, αἰψηρός, ἀλγηρός. E

---

48) In comparativo et superlativo littera â propterea correpta mihi videtur esse, quia graves illae terminationes -îyân et -ishṭha adjectae sunt. Simili modo âçú et pâpa comparationis gradibus utuntur formis: áçîyân, áçishṭha, pápîyân.

49) In hac voce melioris pronuntiationis causa littera v servata est.

50) Ceterum ex vocabulo Graeco ἴδυοι = βίδυοι = βίδεοι (cf. Ahr. d. d. Dor. p. 47 et Hesych. s. v.) ut infra videbimus, forma Sanscrita vidúconici potest.

lingua Sanscrita huc revoco: kshiprá-, kshudrá-, citrá-, dûrá-, triprá, sthirá-, sphirá-, ugrá, gambhîra, bhūri [51]). Ex lingua Zendica hic nomino adjectivum dañgra. Quum vero horum adjectivorum non parvus numerus sit, in omnibus autem comparationis suffixa îyân et ishṭha appareant, dubitari nequit, quin non casu, sed necessitate quadam coacti populi illi comparationis formis in *ιων*, *ιστος* similibus usi sint. Ac si accuratius in hanc rem inquirimus, proxima inter se cognatione conjuncta esse adjectiva in *ρο-ς* = ra-s et *υ-ς* = u-s exuntia invenimus. Ita in lingua Sanscrita praeter dánsu (ṚV. I, 141, 4), dasrá (S. V. II, 8, 3, 7, 2) = dañgra (Zend.) reperitur, sicut etiam ripú (S. V. I, 2, 1, 1, 8) cum riprá (ṚV. IX, 78, 1), gṛidhú (Unâdivṛitti in Saṅkshipti ÇKDr.) cum gṛídhra (ṚV, I, 88, 4), vikhu (Kâç. ad Pân. 5, 4, 119) cum vikhra (eod. l.), çákvan = †çáku cum çakrá (S. V. I, 2, 1, 5, 6) comparari possunt; nisi forte etiam nomen índu (S.V. II, 5, 1, 4, 1) = índra (S.V. I, 4, 2, 4, 10) huc pertinet, quod proprie participium erat radicis syand = sind = ind significans: stillans, pluens. Ex lingua deinde Graeca huc traho vocabula *νέκυς* = *νεκρός*, *μικύς* = *μικρός*, *ἐλαχύς* = *ἐλαφρός* (cf. Curt. Etym. II. p. 68), *λιγύς* = *λιγρός* (Hesych.) = *λιγυρός*, *μινύς* = *μινυρός* (Aeschyl. Agam. 1165), *ἰθύς* = *ἰθαρός*, *γλυκύς* = *γλυκερός*, *ταρφύς* = *τραφερός*, *κρατύς* = *κρατερός*, †*θάλυς* (quam vocem conicio ex feminini forma *θάλεια*) = *θαλερός*. Ac ne a Latina quidem lingua haec res prorsus aliena est. Sic Latinum satu-r Lituanico sotù-s, tener Sanscrito tanú, acer Sanscrito âçú, piger Graeco *παχύς* respondet. Simili modo Graecum *τεφρός* cum Sanscrito tápu (ṚV. IX, 83, 2), Sanscritum pajrá (ṚV. VIII, 52, 12) cum Graeco *παχύς*, Sanscritum triprá (ṚV. VIII, 2, 5) cum Graeco *ταρφύς*, Zendicum ârdra cum Scr. ṛidú (ṛidûdára) conferenda; ne dicam de voce *σκληρός*, quam L. Meyer (Goth. p. 569) cum Gothica hardu (Joan. 6, 60) componit. E substantivis, quae duo haec suffixa continent, praesto mihi sunt: paṇḍu = paṇḍra (Sâhitya-Darpana ed. Roer 46, 4), bhidú (Uṇ. I, 23) = bhidrá (Uṇ. II, 13), ámbu (Naigh. I, 12) = *ὄμβρος* = imber, bándhu (ṚV. VIII, 62, 12) = *πενθερός*, kangu =

---

[51]) ri enim ex ra attenuatum est, quod, ut mox videbimus, etiam valet de suffixo uri = ura.

kanku = κέγχρος, dhánvan (ṚV. I, 116, 4) = dhánu (ṚV. I, 33, 4) = θέναρ pro θένϝαρ. De omnibus his vocibus, quae maxime inter se cognatae videntur esse, quomodo ortae sint, ambigi potest. Nam aut primarium suffixum u, ut ante comparativi suffixum îyân, postea repudiatum est altera positione -ra, aut ra reliqua est pars corrupti suffixi -vara, adeo ut suffixa u et ra ex uno fonte profluxerint. Nos et hoc et illud statuendum esse putamus hoc pacto, ut remotionem adhibitam esse censeamus in vocabulis recentiori aetati propriis, corruptionem autem in antiquissimorum temporum vocibus. U autem suffixo ra removeri potuisse facile intellegi potest multisque variarum linguarum exemplis confirmatur. Difficilius vero diiudicatu est, quomodo ra ex vara nasci potuerit et quid omnino sibi velit illud vara. Etenim quum in l. Scr. adjectivorum in -van feminina in -varî terminari soleant, velut ṛitâvarî (S. V. II, 8, 3, 6, 2), vibhâvarî (S.V. II, 8, 3, 8, 2), sûnṛitâvarî (Naigh. I, 8), pîvarî (ṚV. VIII, 5, 20), dhîvarî (Vop. 4, 13), çárvarî (Paṇ. 4, 1, 7 Sch.) sútvarî (eod. l.), alia, nonnullorum autem adjectivorum feminina etiam in -vatî terminentur velut sûnṛitâvarî (Naigh. I, 8) = sûnṛitâvati (ṚV. I, 92, 14), Kuhnius (K.Z. I, p. 374) illud r ex t natum esse censuit, cujus transitus testem exemplumque affert ἀρι- = ati. Hanc autem sententiam Th. Benfeyus refutavit. Is enim proximam inter litteras r et n cognationem esse multis locis (Goetting. gelehrt. Anz. 1852 p.551. Gramm. Scr. maj. §. 499. Or. et Occ. I, 285; 287 not.; 289 al.) demonstrat. Nam, ut exemplum afferam, femininum nominis yájvan et yájvanî et yájvarî (Or. et Occ. I, 289) formatur, deinde in sermone Zendico et thanvana (yt. 10, 39) et thanvara (vd. 14, 35) arcus significatione reperiuntur, alia [52]). Omnibus autem constat saepissime suffixis litteram a addi hoc modo, ut ex ant anta exstiterit, velut in ‚unguentum, fluentum, talentum', ex mant manta velut in armentum = arvant, = arvan et in cognomentum, quod conferas cum voce ὄνομα, ὀνόματ-ος. Sic etiam suffixum vara formatum, quod proximo cognationis vinculo conjunctum est cum van = va = u; nam et vara et van

52) Eandem, quam inter van et varî etiam inter ant = an et arî cognationem exstare allatis exemplis πρέσβειρα et μάχαιρα Benfeyus demonstrat.

ex forma primaria vant manarunt. Formae igitur ortae sunt: pīvan = pīva = pîvará, dhīvan = dhîvará, mīvan = mîvará, çárva = çarvará, çákvan = çakvará = çakrá, prâdhvá = = prâdhvara, prahvá = prahvara. Jam suffixum vara in multis vocabulis correptum est accentus, ut opinor, vi et auctoritate. Nam quem ad modum ex †varu (√vṛi = var) accentus in ultima syllaba positi gravitate forma ‚urú' orta est, sic, quum accentus ultimam syllabam occupat, ex vara nascitur ura; ura autem re vera ex vara correptum esse promptissime ex voce vidurá (Pâṇ. 3, 2, 162: sapiens) cognosci potest, quae conferri potest cum participio vidvás, cujus altera forma vidvát in compositis apparet velut ‚vidvajjana' (cf. Benf. Scr. Gr. maj. §. 83, 2 cum §. 754, 5) = vidús (ṚV. I, 71, 10). Huic addere liceat alia nomina eodem modo orta: bhâsurá (Benf. Chrestom. p. 39, 19) = bhâsvará (Benf. Chr. p. 223, 40) = bhâsvat (splendidus), ásura (vivus: ṚV. I, 64, 2), anhurá (angustus: ṚV. X, 5, 6), karburá (maculis sparsus: A.K. 1, 1, 1, 26), trasurá (timidus = τρῆρον-), vidhurá (sejunctus: MBh. 7, 6177), vithurá (titubans: ṚV. I, 87, 3), bhangurá (fraudulentus), medurá (pinguis), bhidurá (fissilis), chidurá (Vopad. 26, 152: fragilis), bákura (lux: Nir. 6, 26), madhurá = mádhu (dulcis), cikurá (imprudens: A.K. 3, 1, 46), sthûrá (firmus: ṚV. VIII, 4, 19). Ex lingua Graeca huc pertinere videntur μινυρός, βδελυρός (cf. balavan Scr.), ὀχυρός (cf. Scr. bahú, Graec. ὄχα, de quo jam diximus), ἐχυρός, ὀϊζυρός, φλεγυρός, γλαφυρός, ἄργυρος (cf. ved. árjuna: argenteus: Atharvaved. IV, 37, 5), ἰσχυρός, μωλυρός, alia. Ura deinde saepius in uri transisse jam supra adnotavimus. Pro exemplo hic ponantur adjectiva anguri (digitus = monstrans Pâṇ. 8, 2, 18), jásuri (defessus: ṚV. IV, 38, 5; VI, 13, 5) = jásvan (miser: ṚV. VI, 44, 11), sáhuri (A.V. IV, 9, 31, 2), pápuri (satians: ṚV. I, 125, 4; VI, 46, 5), †bahuri = bhūri (de hac voce cf. quae Benf. in Chrestomathiae Scr. glossario disputat). Nec tamen solum in ura, uri suffixum vara solebat corripi, sed etiam in vira, îra, ira, ara, ra. Sic nata habemus adjectiva sthávira (ṚV. VII, 93, 2) = sthûrá (Vâlakh. 6, 8), deinde sthirá (ṚV. I, 127, 3), sphirá (ṚV. VIII, 1, 23), ga(m)bhîra (ṚV. IV, 42, 3), ἰθαρό-ς = itvará-s (ṚV. X, 88, 3), μάκαρ, quod L. Meyer (Gr. II. p. 231) confert cum Sanscrito máhvan, νοσερός = náçvara-s (Bhâg. P. 5, 18, 4) accipiter = âçupátvan

(ṚV. IV, 26, 4), πενθερός = bándhu, socer = ἑκυρός, κρατερός, θαλερός, γλυκερός. Jam litteram u ex va ortam etiam eici posse ex voce bahula sequitur, cui in lingua Graeca respondet ὄχλος, aliis. Sed clarius hanc rem faciamus aliis exemplis, in quibus ura in ra, non ula in la mutatum est. Inter quae refero vocabulum pápri (ṚV. I, 52, 3) ex pápuri (ṚV. II, 23, 10) ortum, deinde τεφρός, quod Scr. tápu respondet, πικρός, cui Scr. píçuna-s (Uṇ. 3, 55), triprá, cui Graecum ταρφύς apponendum est. Fortasse etiam nomen ἐχθρός huc pertinet, cujus etymon etiamnunc ignotum est. Ceterum adjectivi τεφρός littera φ nos docet litteram v quondam adfuisse. Ex pv enim φ eodem modo nata est, quo βλέφαρόν ex βλέπϝαρον, κεφαλή ex κεπϝαλή (cf. Lat. caput), δυςπέμφελος ex δυςπέμπϝ-, φιαρός ex +pvîará-s originem duxerunt. Sed ut purú cum pulú, κύκλο-ς cum cakrá-s (ṚV. VIII, 52, 8), alia hujus modi nomina cum aliis proxima conjuncta sunt cognatione, ita etiam suffixum ra cum la conferendum. Quare etiam adjectivum ἐσθλός huc traho, cujus altera forma ἐσλός praecipue apud Pindarum et Dorienses in usu erat [53]). Consonam θ autem, quo facilior pronuntiatu vox fieret, insertam esse etiam ex forma Macedonica ἰζέλα = ἰζλᾶ apparet, quam Aug. Fickius (Or. et Occ. vol. II, p. 518) recte explicavit vocabulis ἀγαθῇ τύχῃ = ἐσθλῇ τύχῃ. Jam ἐσθλός cum ἐΰς arctissime cohaeret, quod ex voce Scr. vásu- processisse videtur. Sed ut summam hujus rei faciamus, demonstrasse nobis videmur adjectiva αἰσχρός, μακρός, μικρός, οἰκτρός, κυδρός, ἐχθρός, kshiprá, triprá, ugrá, gṛídhra, citrá hoc modo oriri potuisse, sive suffixum u = vant altero suffixo ra repudiatum, sive ra ex primaria suffixi u forma vant = van = vara correptum esse contendas. Hinc descendimus ad adjectiva, quae huc pertinent, reliqua: ἄλπνιστος, τέρπνιστος, ὄλβιστος, ὀνήϊστος, πρώτιστος, λοῖσθος, λωΐων, ἀμείνων, ἀρείων, βελτίων, φέριστος, φέρτιστος, ῥᾴων, πρήϊον, πέριστος, κακίων, φιλίων. Formas autem ἄλπνιστος (Pind. Isthm. IV, 10) et

---

53) Formam ἐσθλός, quam Hermannus (ad Olymp. II, 19) Pindaricam fuisse censet, codices nullo loco testantur; sed ‚obsoleta jam fuit, ut, si unquam exstitit, e Pindari libris ob alteras duas ἐσλός Doricam et ἐθλός Atticam dudum evanuisse videatur.' Formam ἐσλός etiam Lesbiacam fuisse legis in Or. et Occ. II, 339.

τέρπνιστος (apud Callimachum) analogiae more a Graecis ipsis fictas esse jam ex ea re nullo negotio sequitur, quod suffixum *-νο-* = na ante superlativi suffixum abjectum non est. Hoc idem valet de superlativis *ὄλβιστος* et *ὀνήϊστος*, qui apud posterioris tantum aetatis scriptores reperiuntur inde a Callimacho et Meleagro [54]). *ὄλβιστος* autem superlativum esse non nego, quamquam Buttmannus (A. Gr. I, p. 270) hunc omnino repudiat ejusque loco *ὀλβιστός* scribendum esse censet, quod adjectivum verbale est ab *ὀλβίζω* derivatum. Ad explicandum deinde [superlativum *πρώτιστος* dialecto recentioris linguae Graecae Tzaconica utemur. In hac enim dialecto, quae purissime omnium antiquam linguam Graecam servavit, adjectiva suffixo v = u praedita formantur in *-ιου* excepto uno vocabulo *γλυκύς*, quod vocalem *υ* retinuit. Sic formas habemus *βαθιού*, *παχιού*, *πρακιού* (= *πλατύ*), *βαριού* [55]). Jam adjectivum *πῶρτος* = *πρῶτε* (Tzac.) sane, ut omnia fere hujus dialecti adjectiva, secundam declinationem sequitur, tamen neutrius formam praebet in *ιου* exeuntem = *πρώκιου*, quae, ut jam vidimus, veteri †*πρῶτυ* respondet [56]). Sequitur vox *λοῖσθος*, quam ortam esse ex *λοίπιστος*, superlativo adjectivi *λοιπός* (= *λοιπϝός*) antiquumque illud th servasse, quod in Scr. -ishṭha apparet, Th. Benfeyus (W. L. II, 12 sq.) conjecit. Explicatur autem hic superlativus Latino vocabulo liquus in re-liquus, obliquus, aliis, quod etiam simplex legitur apud Frontonem Agr. p. 32 ed. Goes. Quum autem etiam forma liqui- exstet, in hoc vocabulo et suffixum va et vi-s habemus, ex quibus Graecum *υ* conici facile potest. Tum comparativus *λωΐων* cum Benfeyo (W. L. II, 136) ad radicem lash vocandus, a qua etiam adjectivum *λαρός* ortum habet. Ex hac igitur radice, postquam aucta est, thema ortum *λῶσυ-* (cf. Benf. l. l.), cujus comparativus erat *λωσΐων* = *λωΐων*. Jam venio ad comparativum *ἀμείνων*, quem Benfeyus

---

54) Locos, ubi *ὄλβιστος* reperitur, collegit Schaefer ad Gregorium Corinthium p. 896 et Ruhnkenius in epist. crit. p. 167. *ὀνήϊστος* autem apud Diogenem Laertium (8, 49) apud Apollonium Rhodium (2, 335) alibi legitur.

55) Pro *βαριού* Leake in ‚researches in Grece. Lond. 1814. Sect. IV p. 203‘ scribit *βάρνου*.

56) Cf. adjectivum *ὄλε*, cujus neutrum etiam *ὀλιού* formatur, et M. Schmidtii libellum de dial. Tzac. p. 365.

(W. L. II, 33) cum Scr. samâna confert, Walter autem (K. Z. XII, 383) ad Latinam vocem manus = bonus pertinere censet. Ego comparare eum malim cum voce Athamanica *μάνυ* (*πικρόν* Hesych.), ex qua addito *α* privativo *ἀμείνων* natum eodem modo, quo ex *κρατύς κρείσσων*; nisi forte illo Hesychii loco *μικρόν* legendum est, ita ut *μάνυ* idem sit atque *μανός*. Formam deinde *ἀρείων* jam Pottius I[1], 221, Boppius Gloss., Benf. W. L. I, 321 ad Scr. várîyân pertinere recte viderunt, quae forma ex vára (melius) originem duxit. Quum igitur jam vára comparativam significationem habeat, várîyân forma est talis, quales *πρώτιστος*, *ἄσσιον*, *ἄσσιστα*, aliae, in quibus comparativi aut superlativi sensus ac vis bis expressa sunt. Fortasse autem comparativus várîyân etiam ad N. P. váru referri potest, nisi ad explicandam formam Graecam *ἀρείων* Benfeyi auctoritatem sequi mavis, qui hanc vocem ad vocabula Scr. árvant- et árvan (= †arva, †aru) reduxit (Ueber die Entstehung des Indogermanischen Vocat. p. 76 not. 82). Ad stirpem vṛi = var Benfeyus l. l. etiam comparationis formas *βέλτιον* et *φέριστος* vocat, quum illam pro *βέλιον* dictam esse interposito *τ* velut in *πτόλις* = *πόλις*, hanc vero primariam litteram v in *φ* mutasse contendat. Jam quum etiam vocabuli *φέριστος* altera forma inveniatur *φέρτιστος* (Pind. fr. 92, 2 ed. Boeckh.), in his vocibus primarium suffixum tvant statuendum esse existimo, quod apparet in vocabulis ítvan (cf. agrétvan: praeiens A. V. 12, 1, 57) kṛítvan (strenuus: ṚV. X, 144, 3) aliis. Sequitur *ῥάων*, quod vocabulum procul dubio ad positivum *ῥαΰς* referri potest, praesertim quum etiam in lingua Scr. reperiatur forma raghú = †rahú.

Proxime disserendum est de comparativo *πρήϊον*, qui ab Hesychio nobis traditus est. Hunc autem Jonice pro *πρίν* positum esse eodemque modo ex †*πρεῖον* exstitisse verisimile est, quo *πλήν* = †*πλήιον* ex *πλεῖον*, *χερήων* ex *χερείων*, *μήων* ex *μείων*, alia. †*πρεῖον* autem ad eandem radicem traho atque *πλεῖον*, sicut in hymnis Vedicis forma reperitur pulú pro purú et in inscriptione bilingui id est Lycia et Graeca *πορι* vel *πυρι*, quod respondet Graeco *πολύ*. Habemus enim in hac inscriptione (cf. M. Schmidt: Neue Lycische Studien. Jena 1869 p. 55 et Beitraege etc. ed. Kuhn et Schleicher vol. V. p. 268) nomen proprium *ΠΟΡΕ + ΕΜΙΤΕΤΕ* = *Πόρματις*, *Πυρίματις*

= *Πολύμητις* [57]). Quod deinde Benfeyus (W. L. II, p. 106) superlativi formam *πέριστος* conjectura assequitur, me ipsum nescire fateor, quo modo ex substantivo *περιστερά* (columba) vel unde omnino hanc superlativi formam efficere potuerit [58]). Tum adjectivum *κακίων* cum Scr. pápîyân comparo, quem comparativum non ad pâpa, sed potius ad pâpin spectare censeo. Restat igitur adjectivum *φίλος*, quod sane explicationi nostrae non favet. Si vero nobiscum reputamus Ajacis Sophocleae fabulae illum versum (v. 842), ubi *φίλιστος* legitur, jam a scholiasta et grammaticis pro suppositicio habitum et formam Homericam *φιλίων* analogiae vi natam esse, nulla re prohibemur, quominus omnibus comparativis in *-ίων* positivum in *-υς* exeuntem subiciamus. — Hinc jam degredimur ad linguam Sanscritam, de qua brevis est disputatio. Et initium quidem capere liceat a vocabulis iis, quae posterioris temporis scriptoribus propria in scriptis Vedicis nondum reperiuntur. Inter quae refero: áñjishṭha, álpîyân, -ishṭha, áçishṭha, kármishṭha, kráçîyân, -ishṭha, kshódîyân, -ishṭha, gávishṭha, gópishṭha, tváçîyân, -ishṭha, dúrishṭha, drádhîyân, -ishṭha, dhánishṭha (opulentissimus), bálîyân, -ishṭha, mátîyân, -ishṭha, médhîyân, -ishṭha, parivrádhîyân, -ishṭha, bhráçîyân, -ishṭha. Haec autem maximam partem e positivis in ‚in' desinentibus processerunt et analogia ceterorum comparativorum in *ίων* exeuntium niti videntur. His subjungimus formas eas, quae positivo quidem carent, sed participiorum significationem retinuerunt. Quarum maximam copiam antiquissima linguae Scr. monumenta, dico scripta Vedica, praebent. In harum numerum adscribo: ávishṭha, yámishṭha, jánishṭha, yéshṭha, déshṭha, dhéshṭha, váhîyân, -ishṭha, vấhîyân, -ishṭha, vi-cáyishṭha, vánîyân, -ishṭha, náyishṭha, párshishṭha, bhándishṭha, bhrájishṭha, mánhîyân, -ishṭha, mádishṭha, gámishṭha, alias formas. His igitur participia in vant terminata subesse quamquam demonstrare non possumus, tamen pro certo nobis sumendum est significationem respicientibus. De ceteris, quas enumeravimus, comparationis formis fere

---

57) Ceterum etiam N. Pr., quod reperitur Il. *π*, 416 huc pertinere videtur, dico *Πύρις* vel *Πύρης*.

58) Simili modo nomen *πλατάνιστος* (Il. *β*, 307. 310) non pro superlativi forma habendum, sed in eorum nominum fortasse numero ponendum, quae suffixo *-ιτος* utuntur.

omnibus velut máhîyân (mahát), aliis jam supra diximus. Perlustrantibus autem nobis formas Zendicas omnes e positivis formatae videntur esse, in quibus participii praesentis activi et significatio et terminatio ad manum posita est. — Haec omnia igitur si probamus ac suffixum quidem -îyân saepe abolitum ejusque loco -tara positum (cf. gárîyân = βαρύτερος al.) nec tamen contra factum esse nobiscum consideramus; deinde si in linguis Latina et Germanica omnes comparationis formas suffixis iis, de quibus agimus, praeditas esse meminimus, suffixa haec antiquissima comparationis signa esse et participiis in -ant et vant vel potius in -u, quae est forma ex his corrupta, excidentibus addita esse nequaquam infitiari possumus. — Hac longa digressione nobis opus fuit adjectivorum in υ-ς = u-s quam maximum numerum colligentibus et, undecunque est, petentibus. Quod igitur restat sermonis, consumendum erit in enumeratione eorum adjectivorum sic terminatorum, quae minus nota sunt et a posterioris aetatis scriptoribus nobis traduntur. Sic apud Hesychium tradita reperimus vocabula: μάνυ, quod apud Athamanes usitatum fuit; deinde κοχύ, quod explicatur πολύ, πλῆρες; deinde ταῦς· μέγας, quod apparet etiam in N. Pr. Ταΰγετος; tum ἰβύ = πολύ (cf. Hesych. s. v. ἰβύ· τινὲς τὸ βοᾶν· οἱ δὲ τὸ πολύ· ἔστι δέ Ἀνδιῶν) vel μέγα (cf. Phot. lex. 100, 18: ἰβύ· μέγα Telekl.); εἰλύ· μέλαν (cf. Homericum εἰλυφάω); κοῖλυ· καλόν, de quo glossemate, quomodo restituendum sit, jam supra not. 19 diximus; τερύ· ἀσθενές, λεπτόν (cf. Scr. táruṇa-s R̥V. X, 115, 1 = tárvaṇa-s); ἀμερύς = ἄπλετος, πολύς; φόλυς (in glossa φόλυες κύνες, οἱ πυῤῥοὶ ὄντες μέλανα στόματα εἶχον, οἱ δέ φύλακας); γέρυς· γερύνης, γέρων; λαιφύς· δάπανος ἢ βορός. His vocibus ab Hesychio traditis adjectiva addi possunt aliunde petita haece: μολύς (maculosus), cum quo Benfeyus (W.L. I, 478) adjectivum ab ipso fictum μορύς confert [59]. Vocabulum παῦς = παῖς invasculis nonnullis reperitur (cf. Mueller. ad Festum, Suppl. 257). Adjectivi τανύς, quod ex compositis et feminini formis traditis cognosci potest jam supra mentionem fecimus. De vocabulo γραῦς, quae disputant Pottius (E. F² II, 4 p. 29) et Benfeyus (K. Z. IX, p. 124—126), conferenda sunt.

---

59) Ceterum Herodianus hoc vocabulum accentu in paenultima notatum affert: (μόλυς) π. μ. λ. p. 33, 1.

Tum substantivum υἱύς, quum proprie adjectivum sit, huc pertinere infra demonstrabimus. Denique adjectiva τηλύγετος et ἀτρύγετος huc trahenda sunt, e quorum parte priore nomen in υς desinens apparet. (Cf. L. Meyeri Gr. II, p. 255). Nisi forte etiam vox ὄργυια huc pertinet, quae Scr. feminino ṛjvī respondet; nam ex ὄργυια masculinum ὀργύς in lingua Graeca quondam exstitisse conici licet. —

Postquam hoc modo, quantum fieri potuit, ex adjectivis Graecis in υς exeuntibus minus nota attulimus diligenterque perpendimus, omnium hujus modi adjectivorum indicem conficiamus oportet. Nec vero ineptum erit antea commemorare Aristotelem in libri περὶ ποιητικῆς capite 21 extr. quinque tantum in lingua Graeca exstare nomina suffixo υ-ς formata contendere, quum dicat: εἰς δὲ τὸ Υ πέντε (scil. ὀνόματα) πῶϋ, νᾶπυ, γόνυ, δόρυ, ἄστυ [60]). Quo jure hoc dixerit, nescimus; nam horum nominum multo majorem esse numerum et ex antecedentibus verbis et ex indice hoc promptissime perspicitur:

ἐγγύς, anguste, αἰπύς, altus, αἰσχρός = †αἰσχύς, turpis, αἶψα (†αἰψύς), fortuito, ἄλγιον (†ἀλγύς), acerbius, ἀμβλύς, hebes, ἀμερύς, indivisus, ἀμείνων, melius, ἀρείων, melius, ἀτγύγετος, tumescens, βαθύς, profundus, βαρύς, gravis, βραδύς, bardus, βραχύς, brevis, βριθύς, ponderosus, βριτύς, dulcis, γέρυς, senex, γλυκύς, dulcis, δασύς, densus, δριμύς, acer, εἰλύς, niger, ἐλαχύς, levis, ἐλέγχιστος, foedissimus, εὐθύς, rectus, εὐρύς, latus, ἐΰς, ἠΰς, nobilis, ἐχθρός, inimicus, ἡδύς, suavis, ἥσσων (†ἡκύς), pejor, θάλεια, †θάλυς, florens, †θαμύς, creber, θρασύς, audax, ἰβύ, multum, κακίων, pejor, καλύς, pulcher, κέρδιον, fructuosius, κηδίων, carior, κοχύ, multum, κρήγυον, utilius, κυδίων, laude majore dignus, λαιφύς, multum edens, λιγύς, canorus, λοῖσθος = λοίπισθος, ultimus, λωΐων, melior, μακρός, longus, μάλα, valde, μάνυ (μικρόν Hesych.), †ματύ, mattus, †μινύς, parvus, μέγας, magnus, μικύς, parvus, μολύς, maculosus, μῶλυς, languidus, νέκυς, mortuus, οἰκτρός, miser, ὀλίγος, paucus, †ὀργύς, rectus (cf. p. 30), ὀξύς, acer, παῦς, puer, πινύς, sapiens, παχύς, pinguis, πέριστος, amore captus, πλατύς, latus, πολύς, multus, †ὀχύς (= bahú-s Scr. cf. p. 29), †δηθύ-ς (ibid.), †καρύ-ς (ibid.),

60) Ceterum vox ἄστυ non suffixo υ, sed suffixo τυ formata est, quum Scr. vástu respondeat ex stirpe ‚vas'.

πραῦς, lenis, *πρήϊον*, prius, †*ῥαῦς* (*ῥᾴδιος*), facilis, *ῥίγιον*, horribilius, *τανύ-*, tenuis, *ταρφύς*, frequens, *ταχύς*, celer, *ταῦς*, magnus, *τέρυς*, defatigatus, *τεφρός*, cinereus, *τῆλυ*, procul, *τραχύς*, asper, *ὑψοῦ*, supra, *φέριστος*, optimus, *φόλυς*, maculosus, *χείρων*, inferior, *ὠκύς*, celer [61]).

In lingua deinde Sanscrita adjectiva suffixo u formata occurrebant mihi haec:

anhú (angustus) Ṛ.V. 8, 56, 7. 2, 26, 4.	√ἀχ, ἀγχ (angere)
áṇu (tenuis) A.K. 3, 2, 11. Nir. 6, 22.	
áru (saucius) Çat. Br. 3, 1, 3, 7.	√ar = ṛi (laedere)
âyú (vivus) Ṛ.V. 2, 5, 5, Çat. Br. 9, 4, 1, 8.	√ây ex an (spirare)
âçú (celer) Ṛ.V. X, 103, 1. AV. X, 6, 11. Nir. 6, 1.	√aç = âç (permeare)
ágru (caelebs) Ṛ.V. V, 44, 7. AV. VI, 61, 1.	√jar (adhaerere alicui)
babhrú (fuscus) Ṛ.V. IV, 32, 22. AV. VI, 93, 1.	√bhram (volvi)
bahú / vahú (frequens) Ṛ.V. II, 24, 4. AV. IV, 34, 2.	√bah, banh (crescere)
cañcu (clarus) Bhartṛihari ed. Bohlen 3, 57.	
cãru (carus) Ṛ.V. I, 137, 2. SV. I. 1, 1, 2, 6.	√can = kan (gaudere)
chándu (gratus) Ṛ.V. I, 55, 4.	√chad = chand (placere)
cikitú (gnarus) Vâlakhilya 8, 5.	√kit (cognoscere)
céru (sapiens) SV. I, 3, 1, 5, 8. Ṛ.V. VIII, 50, 7.	√car (ire; agere; exercere)
çambhú (saluber) Ṛ.V. III, 17, 5. I. 65, 5.	
dánsu (mirus) Ṛ.V. I, 134, 4. I, 141, 4.	
dârú (findens) Ṛ.V. VII, 6, 1	√drî = dar (findere)
dvayú (improbus) Ṛ.V. VIII, 18, 14. SV. II, 7, 3, 20, 3.	√dvi = dva = dvay
dhṛishú (habilis) Unâd. I, 24.	√dharsh (audacem esse)
dhãyu (liberalis) Ṛ.V. III, 30, 7.	
dhâyú (edax) Ṛ.V. VII, 36, 4.	
druhú (laedens) AV. VIII, 4, 7; 17.	√druh (laedere)
gurú (gravis) Pân. 6, 4, 157. Vop. 7, 56.	√gar = gal (delabi)
gṛidhú (cupidus) Uṇ. I. 24.	√gardh = gṛidh (cupere)
ghṛíshu (petulans) Ṛ.V. VI, 46, 4. X, 27, 6.	√gharsh (terere; gaudere)

61) Vocabula *ἥμισυς*, *θῆλυς*, *κρατύς*, *πρέσβυς* hic non notavi, quia non suffixo u = *υ*, sed alia ratione formata sunt. De his infra accuratius!

icchú (cupiens) Pañcatantra 216, 11. Râmâyana 4, 3, 8.	√ish (velle)
îrshu (invidus) MBh. I, 6440. III, 16117.	√îshry (invidere)
jigyú (victor) ṚV. I, 101, 6.	√ji (vincere)
jaḍhú (hînas jvalanena) ṚV. VIII, 50, 11. Nir. 6, 25.	
jaghnu (interficiens) Un. I, 22.	√ghan (interficere)
kaṭú (acerbus) Uṇ. I, 9. AK. I, 1, 4, 18. MBh. I, 716.	
kishku (malus) CKDr.	
karbu (maculis sparsus) Yâjnavaleya. 3, 166.	
kṛidhú (mutilus) ṚV. IV, 5, 14. Naigh. 3, 2. Nir. 6, 3.	
krîḍú (nugax) ṚV. IX, 20, 7. SV. II, 3, 2, 4, 7.	√krîḍ (ludere)
kharú (crudelis) Un. I, 36. (albus) Trik. 3, 3, 343.	
kârú (agens) ṚV. I, 102, 9. SV. I, 2, 2, 2, 4. I, 3, 1, 5, 2. (cantans) Uṇ. I, 2. ṚV. I, 11, 6.	√kar = kṛi (facere)
laghú (cf. raghú: levis) Uṇ. I, 30. AK. I, 1, 1, 60. ṚV. Prât. 2, 14. 17, 22.	√lagh, langh (transsilire)
lindu (lubricus) Chândagyopanishad ed. Roer 8, 14.	
mañjú (pulcher) AK. 3, 2, 2.	√manj ex mṛij (purificare)
mṛidú (tener) Uṇ. I, 29. AV. 3, 25, 4.	√mṛid, mrad (condonare)
mádhu (dulcis) ṚV. VI, 11, 3. MBh. 13, 1187.	√mad (laetari) √mṛidh (humidum esse)
makshú (promptus) ṚV. VIII, 26, 6. SV. II, 1, 1, 13, 2.	√maksh (succensere)
mánu (prudens) Çat. Br. 8, 6, 3, 18.	√man (cognoscere)
mandú (oblectans) Naigh. 4, 1. ṚV. I, 6, 7.	√mad, mand (laetari)
nṛitú (gestuosus) SV. I, 5, 2, 3, 10. ṚV. I, 130, 7.	√nart, nṛit (saltare)
pîyú (maledicens) Un. I, 37. ṚV. I, 174, 8.	√pîy (maledicere)
phalgú (futilis) Uṇ. 1, 19. MBh. 5, 2516.	√sphurj (spargere)
pâṇḍú (pallidus) AK. I, 1, 4, 23. Çat. Br. 14, 5, 3, 10.	

páṭu (acer) Un. 1, 19. MBh. IX, 581.	√paṭ (ire)
purú (multus) ṚV. I, 36, 1. AV. 2, 14, 6. SV. II, 1, 2, 10, 2.	√par (implere)
pṛithú (latus) Nir. 2, 2. ṚV. III, 15, 1.	√prath = pṛith (extendi)
prathú (id.) MBh. 13, 6998.	√parth (jacere)
panú (laudabilis) ṚV. I, 465, 4.	√pan (celebrare)
ṛidú (lenis) ṚV. VIII, 48, 10. II, 33, 5. III, 54, 10: (ṛidûdáras).	
ṛibhú (habilis) ṚV. X, 80, 7. AV. VI, 108, 3. SV. II, 1, 1, 10, 3.	√rabh (aemulari)
ṛijú (rectus) ṚV. X, 85, 23. VI, 70, 3. IX, 97, 18.	√arj = ṛij (firmum esse)
raghú (qui rapide fertur) ṚV. IV, 5, 13. X, 49, 2.	√rańgh (ire, festinare)
réku (inanis) ṚV. IV, 5, 12. X, 108, 7.	√ric (vacuefacere)
ripú (hostis) ṚV. I, 36, 16. SV. I, 2, 1, 1, 8; 9.	√arp (tundere)
sâdhú (bonus) Un. I, 2. ṚV. VIII, 19, 8. SV. I, 1, 1, 3, 5.	√sâdh (perficere)
svâdú (suavis) Uṇ. I, 2. ṚV. VI, 44, 21. SV. I, 5, 1, 3, 1.	√svad (dulcem reddere)
sarú (tenuis) Wils. in Diction.	√sar = sṛi (ire)
táku (celer) ṚV. IX, 97, 52. SV. I, 6, 1, 5, 9.	√tak (ferri)
tanú (tenuis) Çat. Br. 3, 5, 4, 21. SV. I, 1, 1, 5, 8.	√tan (extendere)
tápu (fervens) ṚV. II, 4, 6. SV. II, 2, 2, 16, 2.	√tap (ardere)
tṛishú (avidus) ṚV. I, 58, 4. IV, 4, 1. SV. II, 3, 2, 7, 5.	√tarsh (appetere)
táru (penetrans) ṚV. V, 44, 5.	√tar = tṛi (penetrare)
urú (latus) ṚV. III, 22, 2. AV. XI, 2, 11. SV. I, 5, 2, 3, 1.	√var = vṛi (tegere)
vásu (bonus) Un. I, 11. ṚV. VIII, 77, 1. SV. I, 3, 2, 5, 5.	√vas (habitare)
vishú (multum) Schol. ad Pân. 6, 4, 77. Vârtt.	
vîḍú (robustus) ṚV. X, 89, 6. VIII, 45, 6.	√vi + sad

vindú (intellegens) Pâṇ. 3, 2, 169. SV. II, 5, 1, 1, 3.	√vid (cognoscere)
valgú (pulcher) Uṇ. I, 20. ṚV. VI, 62, 5. AV. II, 36, 1.	√valg (salire)
vâyú (defatigatus) ṚV. VII, 91, 1.	
vâyú (appetens) ṚV. X, 46, 7. VII, 92, 4.	√vî (appetere)
vikhu (sine naso) Kâç. ad Pâṇ. 5, 4, 119.	
vañkú (festinans) ṚV. V, 45, 6. VIII, 1, 11.	√vañc (festinare)
varshú (longus) Mahîdh.	
vidhú (solitarius) Uṇ. I, 24. ṚV. X, 55, 5.	
vibhindú (scindens) ṚV. I, 116, 20.	√vi + bhid (scindere)
yahú (magnus) ṚV. I, 26, 10. VIII, 4, 5	√yabh (extendi)
yâdú (fluctuans) ṚV. VII, 76, 5.	cf. Benf. in S.V. Gloss.
yayú (currens) VS. 22, 19. Pat. ad Pâṇ. VI, 1, 12.	

Jam vertamus nos ad linguae Zendicae formas similes enumerandas:

âçu (celer) yt. 5, 131. 13, 52.	√aç (pervenire)
aredu (altus) vd. 7, 37. y. 64, 16.	√ared=Scr.ardh(crescere)
drighu (pauper) yt. 10, 84. y. 34, 5.	√drigh (pauperem esse)
erezu (rectus) y. 33, 6. vd. 5, 54.	√arez (rect. esse, extendi)
gaêthu (?) yt. 14, 11.	√gaêth (venire)
gouru (odiosus)	
haṅhu (perfectus) y. 52, 4. vd. 5, 121.	
hiku (siccus) y. 61, 30. vd. 18, 62.	√hic (siccare)
jaghâuru (vigilans) yt. 19, 42. 10, 141.	√gar (vigilare). cf. Scr.
kaçu (parvus) vd. 13, 129. y. 31, 13.	jâgṛivás, jãgṛivi
mazu (mordax) vd. 13, 110.	
merezu (impius, improbus) Fr. 8, 2.	√marez (purgare)
moghu (magnus) y. 52, 7.	
môshu = moshu (adv. statim) yt. 5, 63. 13, 145.	√maksh (festinare)
paru (plenus, magnus) yt. 13, 9. y. 46, 4.	√par (complere)
paouru (creber) y. 42, 15. 46, 6.	√par „
perethu (latus) yt. 10, 44. y. 10, 8.	√frath=Scr.prath(extendi)
qanu (splendens) y. 52, 4.	√qan (splendere)
uru (latus) cf. Journ. Asiat. 1845. Avril p. 258.	√var (tegere)

vaṅhu (bonus) vsp. 14, 4. y. 9, 49.	√vaṅh=Scr.vas(habitare)
vanu (victor) yt. 13, 102.	√van (vincere)
vouru = uru (latus) yt. 10, 44.	√var (tegere)
yazu (magnus) y. 52, 3. yt. 24, 26.	√yabh (extendi) Scr.
zighru (arripiens) yt. 13, 126.	√gar vorare).

Sequuntur adjectiva, quae ex lingua Gothica huc referenda videbantur esse:

aggvu (angustus) Matth. 7, 13; 14.
filu (multus) Marc. 10, 48. Luc. 18, 39. Rom. 11, 12; 24.
glaggvu (accuratus) in glaggvuba: Luc. 15, 8. 1, 3.
hardu (durus) Luc. 19, 21; 22. Joa. 6, 60.
hnasqvu (mollis) Matth. 11, 8. Luc. 7, 25.
kauru (gravis) = Scr. gurú Cor. II, 10, 10.
manvu (paratus) Marc. 14, 15. Luc. 14, 17. Joa. 7, 6.
mildu (tener) cf. Kuhn et Schleich. Beitr. IV p. 280.
quairru (lenis, mollis) Timoth. I, 3, 3. 2, 2, 24.
tulgu (firmus) Timoth. 2, 2, 19. Cor. I, 15, 58.
thaursu (siccus) Luc. 6, 6. 8. Marc. 11, 20.
thlaqvu (tener) Marc. 13, 28.

His statim subjungam adjectiva nonnulla ex magna, quam lingua Lituanica praebet, eorum frequentia electa:

platùs (latus)	gardùs (suavis)
lengvùs (levis)	tolùs (longinquus)
drąsùs (audax)	sotùs (satur)
saldùs (dulcis)	gajùs (saluber) cf. Scr. jayús.

brangùs (carus)	trupùs (laxus, mollis)
gilùs (profundus)	lepùs (effeminatus)
dygùs (spinosus)	tingùs (piger)
ap-skritùs (rotundus)	pigùs (vilis)
tësùs (rectus)	krupùs (asper)
dubùs (excavatus)	ramùs (tranquillus)
darkùs (turpis)	godùs (avarus)
lankùs (flexibilis)	opùs (fragilis)
slidùs (lubricus)	tylùs (tacitus)

Restat, ut de lingua Latina agamus. In hac enim quamquam hujusmodi adjectiva in -vis terminari solent, tamen mea quidem sententia nonnulla exstant in us exeuntia, quae secun-

dam declinationem sequuntur: *densus*, quod cum Graeco δασύς (cf. Curt. Etym.[2] 210 et d. n. Gr. f. p. 14 adn. 66) et *acu-* (in nomine composito apud Festum: acupedius), quod cum vocabulo âçú = ὠκύς conferendum [62]). Deinde vocabulum *torvus* huc traho, quod Sanscrito tarú apponam; deinde fortasse huc pertinet *plotus* (pedibus planus), adjectivum apud Umbros usitatum, recentiore orthographia plautus et in lingua Etrusca plaute et per contractionem plute, Latinum latus [63]) = pṛithú (Scr.) = πλατύς (cf. Ariod. Fabretti Gloss. Ital., Benary p. 207); nec *catus* a Sanscrito kaṭú cum Benaryo (p. 257; 280) sejungi velim; sicut etiam vox *populus* ad Graecum adjectivum πολύς = pulú (Scr.) spectat, praeterquam quod reduplicatione formata est et substantivi loco usurpari solet. Vocabulum denique Latinum *bardus*, quod uno tantum Ciceronis loco legitur (de facto 5, 10), cum Benfeyo (W. L. I, 509) e lingua Graeca receptum statuerem, nisi vox tribrachys, aliae exstarent, ex quibus Romanos in vocabulis ex lingua Graeca sumptis *υ* in fine servasse luce clarius apparet.

His omnibus adjectivis e variis linguis allatis haud absurdum videtur ea inter se comparare similiaque vel cognata cum cognatis conferre:

Sanscrite.	Graece.	Latine.	Zendice.	vet. Pers.	Lituanice.	Gothice.
pṛithú-s	πλατύ-ς	plotus = latus	perethu	fretu	platùs	
pulú-s	πολύ-ς	+polvis, plus, populus	paru, pouru			filu
âçú-s	ὠκύ-ς	acu-	âçu			
cāru-s	κοῖλυ-	carus				
tanú-s	τανύ-	tenuis				
mṛidú-s	βραδύ-ς	bardus (mollis)				milds
aṅhú-s	ἐγγύ-ς	anguis				aggvus

62) Ceterum Weihrichius de gradd. comp. p. 69 not. 2 etiam vocem ‚aquila' ad hanc radicem trahit.

63) Vox platea e lingua Graeca sumpta originem ducit a vocabulo πλατεῖα, fem. adject. πλατύς.

Sanscrite.	Graece.	Latine.	Zendice.	vet. Pers.	Lituanice.	Gothice.
gurú-s	βαρύ-ς	gravis				[sutu]
laghú-s	ἐλαχύ-ς	levis			lengvùs	
svâdú-s	ἡδύ-ς	suavis			saldùs	
urú-s	εὐρύ-ς		uru, vouru			
vásu-s	ἐΰ-ς		vańhu	wahu		
dhṛishú-s	θρασύ-ς				drąsùs	
táku-s	ταχύ-ς					
bahú-s	+ὀχύ-ς			wazu		
	βραχύ-ς	brevis				
	γλυκύ-ς	dulcis			gardùs	
	δασύ-ς	densus				
	παχύ-ς	pinguis				
kaṭú-s		catus				
makshú			môshu, moshu			
mañjú-s			mazu			
kaçú-s			kaçu			
ṛijú-s	+ὀργυ- (ὀργυιά)	(rectus)	erezu			
yahú-s			yazu			
tṛishú-s						thaursu
ágru-s	ἀκρέᾱ Maced.		aghru			
tarú-s		torvus				
ṛidú-s				ardu		
	τέρυ-					thlaqvu
	ἰθύς				vidùs	
	τῆλυ-				tolùs	

His omnibus rebus satis consideratis in adjectiva illa paucis inquirere liceat, quae analogiae vi suffixum u in a mutaverunt aut v in terminatione va ejecerunt. E sermone Sanscrito huc refero adjectiva: chándu (placidus) = chánda (ṚV. I, 92, 6. chandá: ṚV. VI, 11, 3); krîḍú (ṚV. IX, 20, 7) = krîḍá (ṚV. V, 166, 2); vikhu = vikha (Kâç. ad P. 5, 4, 119); anhú = angá (Hemac. Anek. 2, 19). E lingua deinde Lituanica hic nomino adjectiva: áizkus = áizkas et tykùs = týkas.

Ex linguae autem Zendicae adjectivis huc pertinent: taka, quod Scr. táku respondet et gouru, quod Scr. ghóra apponendum videtur esse. Deinde ex lingua Zendica vocem aredu commemoro, quia magni ad multas linguae Graecae formas explicandas momenti videtur esse. aredu enim cum Scr. ûrdhvá (ṚV. II, 20, 6), Latino arduus, Graeco ὀρθός conferendum. Videmus igitur literam v = ϝ in lingua Graeca eici potuisse, ita ut syllaba va, quae in vocabulo Sanscrito apparet, in lingua Graeca transierit in o = a; in Zendica autem more solito in u. Nam quod Legerlotzius (K.Z. VIII, 45) contendit nomen *Ὀθρυς* pro *Ὄρθυς* positum esse idemque valere atque *ὀρθός*, probare non possum. Sed Meinekii, G. Curtii, aliorum sententiam veram esse ratus cum ὀφρύς hoc vocabulum comparo. Quum enim ὀφρύς (supercilium) etiam sensu montis vel collis reperiatur (cf. Hom. Il. υ 151; Ruhnk. epist. crit. p. 147), apud Cretenses autem, quibus Hesychius hujus vocis tribuit usum (*ὄθρυν Κρῆτες τὸ ὄρος*), saepissime illa aspirationis mutatio facta esse videatur velut in ἐλαθρός pro ἐλαφρός, *θύλλα* pro *φύλλα*, nulla causa est, cur explicationi illi assentiamur, quam quaesitiorem et veri dissimiliorem esse apparet [64]). Sed ut revertamur ad propositum, eas formas e lingua Graeca afferre necesse est, in quibus analogiae auctoritate o in suffixi υ = u locum successit. Et primum quidem de vocabulo *αἰπύ-ς* dicere propositum nobis est, cujus jam apud Homerum forma altera legitur *αἰπός*. Reperimus autem apud hunc vocem *αἰπύ-ς* quinquagies septies, *αἰπός* autem sexies (*αἰπά* Il. ϑ, 369, φ, 9; -ήν Il. ν, 625. Od. γ, 130, ϑ, 516, ν, 316). Apud Hesiodum hujus vocabuli usus, ut solet, cum Homerico consentire videtur (cf. Theog. 589, 682. Oper. 83 al.). Apud Xenophontem, Demosthenem, Lucianum, Herodotum, Hippocratem, in Novo Testamento neque forma *αἰπύς* neque *αἰπός* neque tale ali-

---

64) Eadem atque in voce ὀρθός digammatis ejectio observari potest in vocabulis σῶς = σάος = sávas (cf. Pictet K. Z. V, 38), *πρόξενος*, cujus antiquior forma *πρόξενϝος* in monumento Menekratis exstat (cf. Archaeol. Zeitung 1848 No. 48), *πῖος* = pîva-s, *ὅλος* = sárva-s = haruwa (vet. Pers.) = sollus (ex solvus: Lat.); in aliis autem nominibus digamma ex fine vocis in priorem syllabam retractum est, velut in *ἀγαυρός* ex *ἀγαρϝός*), *παῦρος* (cf. parvus). *μαυρός* (ex *μαρϝός*) aliis vocabulis, de quibus vide Christ. p. 278.

quid apparet, apud Platonem autem semel reperitur (legg. IV, 706 E ed. Ast.), quo loco verba Homeri αἰπὺν ὄλεθρον affert; apud Aeschylum bis, sed in compositis tantum (αἰπυμήτης Prom. 18 ed. Dind. αἰπύνωτος ibid. 830), apud Sophoclem semel in Ajacis versu 845, apud Pindarum semel (cf. apud Plutarch. fr. inc. 46: ἐς αἰπὺν ἔβαλε σκότον). Commemorare deinde sufficit Apollonium Rhodium, Antip. Sidonium, Oppianum, Quintum Smyrnaeum, alios hujus aetatis scriptores formis et in υς et in ος exeuntibus uti. Forma autem αἰπνός, quam praebet Henricus Stephanus in lexico, num exstiterit, valde dubito. — De voce deinde ἐΰς jam viri docti copiosissime disputaverunt, velut Ph. Buttmannus in lexilogo (p. 85 sqq.) et Lehrsius in quaestionibus epicis (p. 66 sqq.). Et Lehrsius quidem spiritum lenem in formis ἐΰς, ἐΰ, asperum in formis ἑῆος, ἑάων ponendum esse e certis veterum grammaticorum testimoniis demonstrat [65]). Quam rem nihil curamus; nihil enim ad hanc disquisitionem refert. Ceterum difficultas illa, unde spiritus asper natus sit, facile tollitur, siquidem a Sanscr. vásu cum Benfeyo (W.L. I p. 303) et Pottio (Et. F.² I, 138) hanc vocem recte ducimus. Hoc autem urgendum est e forma ἑάων nominativum ἑόν conici posse, quem etiam Et. M. praebet in glossemate ἑόν· τὸ ἀγαθόν. Aliter quidem hanc rem se habere Doederlinus (Gloss. Hom. num. 270 et commentar. de brachyl. sermon. Graec. et Lat. Erlang. 1831. p. 12) et Goettlingius (ad Theogoniae Hesiodeae versum 664) judicant. Quum autem vocabulum, de quo agimus, apud neminem, nisi apud Homerum atque Hesiodum (Theog. 817, 885 al.) inveniatur [66]) et forma quidem ἑάων ternis tantum locis (Hom. Il. ω, 528. Od. ϑ, 325, 335. Hesiod. Theog. 111, 633, 664), certi aliquid statui nequit. Fortasse autem forma ἑόν grammaticorum inventioni tribuendum, qui, quum explicare non possent, unde forma ἑάων orta esset, ipsi nominativum ἑόν confinxisse mihi videntur. Quare ἑάων hoc modo explicandum puto: Adjectivi ἐΰς femininum erat ἐεῖα, Dor. ἐέα velut ἀδέα = ἡδεῖα. Hinc genitivus pluralis ortus ἐεάων = ἐάων mutataque aspiratione vel potius restituta primaria ἑάων. Femininum autem substan-

---

[65]) Bekkerus (Homerische Blätter p. 78), Spitzner epist. ad God. Hermannum p. 18, alii formas ἐῆος et ἐάων scribendas esse contendunt.

[66]) Cf. tamen Lucian. Prom. s. Cauc. 18: δωτῆρες ἑάων

tivi loco usurpari potuisse et ex usu Homerico apparet, de quo K. F. Ameis ad Odysseae libr. I v. 97 accurate disserit, et a Lobeckio demonstratur in Parall, diss. V (de nominibus adjectivi et substantivi generis ambiguis). - Deinde de nomine Graeco *υἱός* praeter alios et optime quidem disseruit Th. Benfey (W.L. I p. 410 sq.). Is enim *υἱός* a radice su derivandum esse demonstrat addito suffixo -yu (quod Boppius V. Gr.[1] p. 264 omittit, Pottius autem E. F.[1] II, 472 jam adnotat) ita, ut forma exstiterit suyú (generatione praeditus, partu editus). Cui vocabulo in lingua Graeca respondet forma *HYIHYΣ* (id est *ὑjύς* cum interaspiratione) in inscriptione antiquissima C. J. Gr. n. 8202. Sed quum nullo alio loco haec nominativi forma inveniatur, sed Graeci pro ea forma *υἱός* uti soleant, Graecos propter malum vocis sonum formam *ὑjύς* repudiasse, casus autem obliquos inde ductos, quia melius sonabant (*υἱέος*, *-έας* al.) servasse. Quomodo autem forma Homerica *υἷς* explicanda esset, Benfeyus l. l. exposuit. Quod ad usum vocabuli, de quo agimus, pertinet, explanate de hac re dixit R. Kühner (A. Gr. p. 390 sq.), ex quo loco Herodotum (cf. tamen IV, 84), Pindarum (adi tamen Isthm. VII, 25. Nem. VI, 22) uti solitos esse forma *υἱός* perspici potest. His addere velim Aeschylum, qui tamen semel omnino hanc vocem praebet (Sept. 609 ed. Dind.) et N. T. semper, Aristophanem autem (*υἱός* semel et tricies, *υἱέος* cett. sexies) et Lucianum maxima ex parte formam *υἱός* adhibere, sicut etiam apud Homerum et Hesiodum multo crebrior est formae in os exeuntis usus multoque major est harum formarum numerus. Licet igitur Plato, Xenophon, Sophocles (semel: *υἱέσι* Antig. 571), Thucydides, Demosthenes (semel 1477, 25 ed. Reiske), formis *υἱέος*, *εῖ*, *έα* aliis usi sint, tamen majorem formarum in *ος* desinentium copiam in litteris Graecis adesse elucet. — De adjectivis *καλύς* et *καλός* jam supra diximus. — De sequentibus vocabulis brevis erit disputatio. Et pro *ἐλαχύς* quidem Callimachum (fr. 349) scimus dixisse *ἐλαχός* (cf. etiam Lehrsii quaestt. epp. p. 175 extr.). Sequitur *βριτύς*, quam vocem Hesychius nobis tradit explicatque vocabulo *γλυκύς*, dicens: *βριτύ· γλυκύ· Κρῆτες*. Hoc autem nomen cum *βλίττειν*, *μέλι*, aliis similibus conferendum esse primo statim obtutu apparet. Quare si omnino apud Atticos unquam exstabat, *βλιτύς* scriptum est, apud Dorienses

autem βλιττός. Jam mutationem illam litterae λ in ρ etiam nostris diebus apud Cretenses consuetam et solitam esse, verba ἀδερφός, ἄῤῥος, γάρα, ὅρος, ῥόγος alia demonstrant pro ἀδελφός, ἄλλος cett. dicta. Ceterum etiam Voretzschius in dissertatione sua de inscriptione Cretensi p. 25 de hoc Sphagiotarum usu disputat. Vocis autem βλιτύς = βριτύς altera etiam forma βρίτος in E. M. 214, 29 occurrit, ubi legimus βρίτον· ἀγαθόν et in verbo composito Βριτόμαρτις (Hesych.: Βριτόμαρτις ἐν Κρήτῃ ἡ Ἄρτεμις), quod Dianae cognomen esse praeter Hesychium etiam Solinus cap. 17 testatur dicens: ‚Cretes Dianam religiosissime venerantur Britomartin generaliter nominantes, quod sermone nostro sonat virginem dulcem'. — Tum de voce τῆλυ nonnulla dicenda mihi videntur esse. Quam ponit Apollonius Dyscolus de pronomine p. 329 B, ubi dicit: Εἰ λέγομεν ὡς ἀπὸ τῆς σε ἐγένετο (scil. τυ) χωρήσαντος τοῦ ε εἰς υ ὡς τῆλε, τῆλυ, alia. Cognosci autem etiam potest ex superlativo τήλιστα apud Orph. Argon. 179; 1186 et ex compositis Τηλυκράτης (apud Pausan. X, 9, 10) et τηλύθροος (Hesych.). Nam τῆλυ in composito τηλύγετος aliter accipiendum, ut docuerunt L. Meyer (Gr. II p. 255), Lobeckius (Parall. p. 119), J. Savelsbergius (in Mus. Rhen. anni 1853 p. 441). Tum formam τηλός jam ex comparativo τηλότερος et superlativo τηλότατος perspicimus, ut etiam Passowius in lexico eam sumit. At erunt fortasse, qui Apollonium Dyscolum secuti contendere velint τῆλυ positum esse pro τῆλε. Et cogitari quidem mutatio illa vocalis ε in υ potest nec tamen verisimilis est, praesertim quum ex superlativo in ιστος positivus in υς (neutr. υ) necessario efficiatur. — Commemorare deinde liceat adjectivum βλαδόν, quod ab Hesychio traditur explicaturque voce ἀδύνατον; respondet autem adjectivo βραδύς (cf. Curt. Etym.[2] p. 208). Huc pertinent etiam vocabula sequentia, quibus enumerandis minimus datur locus: πηγός (firmus), quod ex eadem radice deducendum atque παχύς (cf. Curt. Etym.[2] p. 455), μανός (tenuis), quod a Benfeyo (W.L. I, 470) recte comparatur cum μινύς et, ut jam monuimus, fortasse etiam cum μάνυ cohaeret; deinde ἀμαλός, quod Curtius (Etym.[2] p. 297) cum voce ἀμβλύς comparat. Praeterea vox πανόϊζος nominanda, quae ad substantivum ὀϊζύς spectat (cf. Benf. W.L. I, 18), sed etiam altera forma πανοϊζύς usitata erat. Nam adjectiva ex compo-

sitione substantivi cum verbo aliquo orta υ litteram in fine servare solent, velut πολύβοτρυς (Hesiod. fr. 19, 2) alia, hoc autem terminationem υς in ος mutavit. Contra feminini forma πρέσβα, quae septies apud Homerum legitur (Il. ε, 721. ϑ, 383. ξ, 194, 243. τ, 91. Od. γ, 452. h. in Ven. 32) non e masculino πρέσβος derivanda, sed alio modo explicanda, de qua re cf. Etym. M. p. 687, Crameri Anecd. Oxon. vol. II p. 253. Lobeck. Pathol. p. 43. Tum formam λιγότερος, quam pro λιγύτερος apud Suidam scriptam habemus, calami lapsu natam esse perspicuum est; sicut etiam formae κυδότερος, κυδότατος, quae in Etym. M. p. 543, 29 reperiuntur, vel analogiae errore ortae vel Byzantinorum aetati tribuendae sunt.

Ab adjectivis, qui positionum υς et ος vicissitudinem ostendunt, sermonem ad adjectivorum suffixo u formatorum significationem transferimus; cum hac autem quaestione artissime ea cohaeret, quae erit de eorum accentu. Perlustrantibus autem nobis adjectivorum supra enumeratorum notionem, quin ex participiis et iis in vant exeuntibus exstiterint, dubium esse non potest. Sic táku eum, qui fertur, gurú eum, qui delabitur, pṛithú id, quod extenditur, proprie significat. Deinde adjectiva âyú, âçú, mṛidú, ṛibhú, krîḍú, gṛihdú, tápu, tṛishú, nṛitú, mánu, mandú, druhú, cikitú, vindú, icchú, táru, vâyú, vañkú, kârú, vibhindú proprie aliter verti non possunt nisi: vivens, veniens, condonans, aemulans, nugans, cupiens, fervens, appetens, saltans, cogitans, laetans, laedens, cognoscens, intellegens, optans, transgrediens, expetens, festinans, agens, scindens. His subjungam nonnulla substantiva, quorum notio a participiis ea originem ducere clarissime docet. Hoc modo índu de stillante deo, bharú de eo, qui aliquid fert, bhidú de fulmine scindente, nadanú de tonitru sonante, íshu de sagitta ire cupiente, carú de nube volante, ançú de luce quoquoversus penetrante dicitur. Similiter is, qui defendit pâyú, qui sacra facit, yáju, qui comprehendit râhú, qui vexat yâtú, qui tuetur pápu nominatur. Ex lingua Graeca hic affero nomina λαιφύς, quod eum, qui multum edit, et ἀρφύς, quod laqueum rapientem vel capientem significat. Sed dies me deficiat, si omnia substantiva hoc modo orta enumerare velim. Quare quum haec exempla attulisse satis habeam, qui majorem eorum copiam desiderant, ii repetant eam, quaeso, ex Th. Benfeyi Gr.

Scr. p. 156, ubi Sanscrita, et ex L. Meyeri Gram. II p. 257, ubi Graeca nomina suffixo u formata collecta sunt. Horum igitur nominum qui radicem plerumque in l. Scr. ad manum positam quaesierit, ea fortasse omnia a participiis profecta esse persuasum habebit.

Jam ad accentum transgredientibus nobis Th. Benfey probabilem reddit sententiam suam (Goetting. gel. Anz. 1846 p. 842) accentum primo atque initio non in radicis syllaba, sed in ea positum esse, quae, ut ita dicam, radicis sententiam modificat. Ut autem primo statim conspectu, quid sit substantivum et quid adjectivum, cognoscatur, paulatim diverso accentu notata sunt. Substantivum enim accentum in paenultima, adjectivum autem in ultima syllaba habere solet. Nam, ut exempla nonnulla afferam ex lingua Graeca sumpta, *γυρός* (rotundus) a *γῦρος* (circulus), *αἰθός* (combustus) ab *αἶθος* (ardor), *ζωόν* (vivens, animans) a *ζῷον* (animal), *στενός* (angustus) a *στένος* (angustiae), *φορός* (ferens) a *φόρος* (tributum) alia ab aliis accentu distinguuntur. Quae quum ita se habeant, sententia mea eo inclinat, ut haec ante omnia nomina apta videantur esse, quibus nisi rectum de accentus Indogermanorum systemate proferamus judicium. Quum enim participia Sanscrita in vant = vat exeuntia in ultima syllaba acuantur, velut yahvánt (R̥V. I, 105, 11), alia, adjectiva Graeca autem in *υς* desinentia (= u-s: Scr.) ex formis in vant processisse jam demonstraverimus, haec adjectiva accentum antiquitus traditum servasse verisimillimum est. Jam quum etiam participia in mant et ant plerumque oxytona sint, velut sumát (pulcher), dyumánt (divinus: R̥V. V, 19, 3), dasmánt (R̥V. I, 74, 4), mahánt (Pâṇ. VI, 2, 38), vr̥hánt (Kâçikâ ad Pâṇ. VI, 1, 173), ex tribus autem his positionibus ant, vant, mant tota suffixorum series processerit, adjectiva remotissimis temporibus omnia oxytona fuisse conicio, nomina autem, quo facilius discernerentur, paroxytona. Nihil igitur ad hanc sententiam comprobandam jam dicendum nobis esset, si omnia adjectiva suffixo u praedita accentum in ultima syllaba haberent. Hoc quum aliter se habeat, nunc propositum nobis est percensere adjectiva ea, quae alio ac sancitum est, accentu praedita sunt et, cur ita acuantur, quaerere causam. Jam quum linguarum Zendicae et Persicae acuendi ratio ac systema ignotum sit;

deinde quum linguae Latina et Germanica propriam acuendi rationem mutaverint, adeo ut in lingua Latina oxytona non jam exstent, in lingua autem Germanica ea, quae radicem continet, syllaba accentu notari soleat, nihil aliud nobis relinquitur, nisi ut in linguas tantum Graecam, Sanscritam, Lituanicam inquiramus. Initium igitur, ut soliti sumus, a lingua Sanscrita facimus; in qua quum in remotissimae tantum aetatis scriptis, quae dicimus Vedica, accentus certis signis notari soleret, postea vero omnino non scriberetur, ut omnia vocabula ea praetermittamus cogimur, quae posterioris aetatis linguae Sanscritae propria sunt. Sed ut ad vetustissimi temporis adjectiva transeamus, in nonnullis hujus aetatis vocabulis fluctuatio quaedam accentus nullo negotio animadverti potest. Nam adjectivum sâdhú saepius (ṚV. VIII, 32, 10 al. cf. S.V. Gl.) accentu in paenultima notatum reperitur; idem valet de phalgú, quod Uṇâd. I, 19 acuitur phálgu et de yayú (currens: Uṇâd. I, 22. ṚV. X, 65, 6), cujus de forma yáyu conf. Pat. ad Pâṇ. VI, 1, 12. Cujus inconstantiae causam equidem invenire non possum. Simili modo substantiva sensu activo praedita valde fluctuant, prout adjectivorum aut substantivorum numero adscribuntur. Sic nomina quidem carú, ançú, râhú, alia in ultima syllaba, nomina autem yáju, íshu, índu, tápu, alia in paenultima acuuntur. Nonnulla autem duplicem hanc acuendi rationem permittunt velut mánu, quod cum manú (S.V. II, 2, 2, 2, 1 et ter in ṚV. libro: ṚV. VIII, 61, 2. IX, 63, 8. IX, 65, 16) et câṭú (Uṇ. I, 3), quod cum cā̆ṭu (eod. l.), tanú (corpus: ṚV. III, 53, 8. X, 10, 3) quod cum tánu (Çântanacârya Phitsûtrâṇi 2, 12), íkshu (Çânt. 3, 8) = ikshú (eod. l.), kurú (Bhâg. P. 5, 16, 8) quod cum kurú (Uṇâd. I, 24) conferendum est. Ut autem substantiva ex adjectivis id est paroxytona ex oxytonis orta esse credas, exempla pauca afferamus oportet. Hoc modo ṛíbhu (N. Pr. ṚV. I, 121, 9) ex ṛibhú, mádhu (Uṇâd. I, 18) ex madhú (ved. Uṇâd. II, 112), tánu (Çânt. 2, 12) ex tanú profecta sunt; optime autem haec res cognoscitur ex nominibus denominativis, quorum in lingua Sanscrita parvus numerus, in lingua autem Graeca magna copia reperitur, velut *εὖρος* ex *εὐρύς*, *τάχος* ex *ταχύς*, *βάρος* ex *βαρύς*, alia. Adjectiva autem, de quibus hic agitur, haec sunt: áṇu, áru, ghṛíshu, cā̆ru, chándu, táku, tápu, dánsu, páṭu,

vásu, mádhu, mánu, kándu, táru, réku, céru. Ex his cur vásu, mádhu, mánu sic acuantur, facillimum est intellectu.

Haec enim nomina, quum postea substantivorum loco ponerentur, horum etiam accentum acceperunt, quod etiam cum Benfeyo de nomine suffixo tu formato krátu statuendum est. De ceteris autem, unde horum accentus natus sit, certum judicium ferre non ausim. Hoc tamen mirum est, quod omnes fere comparationis gradibus carent exceptis fortasse formis áṇîyân, tápîyân, páṭîyân, tárîyân. Sive igitur hoc sive illud statuimus, certe ratione aliqua eorum accentus insolitus explicari potest. Quod deinde ad sermonem Lituanicum attinet, ex hoc quatuor tantum exempla accentus contra regulam positi nota mihi sunt: áizkus (manifestus), szvánkus (honestus), tánkus (densus), patógus (bellus). — Jam venimus ad linguam Graecam. Et in hac quidem accentu contra usum moremque posito uti videntur: *ἥμισυς, θῆλυς, φόλυς, τέρυς, μόλυς, μῶλυς, πρέσβυς, μάνυ, ἔϋ, θάλεια, λίγεια, ἐλάχεια, θαμειαί, ταρφειαί* (cf. R. Kühneri A. Gr.[2] p. 407 §. 145, ubi tamen, ut omnino apud linguae Graecae grammaticos desunt vocabula: *μῶλυς, μόλυς, μάνυ, ἔϋ*). Ne tamen quis omisisse me vocabula nonnulla existimet, pauca verba praemittenda videntur. Adjectivum enim, quod apud Hesychium reperimus explicatum vocibus *πολύ, πλῆρες* cum M. Schmidtio (in Hesychii editione) et Curtio (Etym.[2] p. 647) *κοχύ* scribendum nec tamen cum Passowio (in lexico) *κόχυ*. Deinde vox *λάχεια* (Od. *ι* 116 *κ* 509), quam Doederlinus (Gloss. Hom. §. 2062) explicat verbis ‚niedrig, mit niedrigem Ufer', quam Nitzschius ad *ι* 116 probante Lobeckio (Pathol. Proll. p. 177 not. 10) vult esse ‚rauh', cum Zenodoto, Vossio, Bothio, J. Bekkero, G. Curtio (Erläuterungen z. Schulgram. p. 71) in *ἐλάχεια* mutanda est, quamquam apud Hesychium glossa nobis servata est: *λάχεια· εὔσκαφος καὶ εὔγειος*. Ceterum etiam Baumeister lectionem *ἐλάχεια* ad hymn. in Apoll. Pyth. 197 recte restituit. Vocabulum deinde *νέκυς*, quum substantivi loco usurpetur, substantivi etiam accentum accepit. De nominum propriorum ex adjectivis natorum accentu velut *Αἶπυ, Αἴπεια*, aliorum conferas, quae disputat Lehrsius in libri, quem scripsit de Aristarchi studiis Homericis, p. 292 sqq. Jam ad adjectivorum paulo ante enumeratorum accentum transgressis primo statim vestigio obtruditur vo-

cabulum ἥμισυς. Hoc autem adjectivis suffixo υ-ς = u-s formatis adscribi non potest, quia suffixo συ-ς utitur, longe igitur a reliquis adjectivis in υς exeuntibus distat. -συς enim illud, ut jam Boppius (V. Gr.[3] §. 308 vol. II p. 62) recte vidit, Sanscritum possessivum sva est (suus), quod in lingua Zendica hoc modo cum verbis numeralibus conjunctum reperitur, ut partem aliquam significet. Quum igitur jam indeclinabile sămi (Scr.) = sâmi (Germ.: cf. Grimm. Gr. Germ. II, 553) = semi (Lat.) = ἡμι accentu in prima syllaba posito utatur, vix est, quod etiam in adjectivo derivato hunc accentum servatum esse miremur. Huic addere velim adjectivum θῆλυς, cujus accentus, nisi eodem fere modo, explicari nequit. θῆλυς enim, si, de qua re non dubito, Boppius (Gloss. p. 205) et Curtius (Etym.[2] p. 227) verum viderunt, deducendum a radice dhê (bibere) = θᾱ, θη, quam nobis praebent verba: θηλή, θηλώ, θῆσθαι, alia. Et A. Weber quidem (in Studd. Ind. vol. I p. 340) hanc vocem cum Sanscrita dhenú (ṚV. II, 32, 3 proprie: qui dat lac) confert advocato vocabulo λαγχάνω, quod Sanscrito naç, Lat. nanciscor respondet. Fortasse autem θῆλυς cum voce Scr. dhâ-rú-s congruit, intransitiva sententia mutata in transitivam, quum dhârú-s (Pâṇ. 3, 2, 159. Vop. 26, 149) significet ‚sugens', θῆλυς autem ‚lactans'. Jam accentus vocabulorum dhenú- et dhârú- idem est. r autem cum l saepe commixtum esse omissis ceteris adjectivum pulú-s = purú-s demonstrat; alia autem hujus transitus exempla invenies apud Schleicherum (Comp.[1] p. 186 vol. I) et similia ex lingua Latina sumpta apud eundem (Comp.[1] p. 207 vol. I), sicut etiam Curtius (Etym.[2] p. 487) accuratius de hac re dixit. Jam progrediendum est ad reliqua, quae ad lucem protulimus, verba. Et primum quidem φόλυς nullo, ni fallor, loco legitur, nisi apud Antimachum (cf. Stoll fr. CXV) ex quo in Hesychii librum et in Herodiani dict. sol. (II p. 938 ed. Lentz) transiit. Apud hos autem scriptores reperimus haec: φόλυες κύνες, quibus Hesychius addit verba: οἱ πυῤῥοὶ ὄντες μέλανα στόματα εἶχον, οἱ δὲ φύλακας. Si vero φόλυς cum Benfeyo (W.L. II, 82) ad radicem φολ = φορ = spṛi trahimus, quam sententiam Benfeyus ipse dubiam protulit, unde significatio φύλαξ nascatur, omnino non intellegimus. Quum igitur nesciamus, unde originem ducat, de hac voce certi nihil expromere possumus.

Sed suffixo -ru formatam eam esse opinamur. In voce, quae sequitur, *τέρυ* vocalem *υ* produci verisimillimum est. Legitur autem apud Hesychium *τέρυ· ἀσθενές, λεπτόν* et *τέρυας ἵππους· οὕτω λέγονται, ὅσοι ἀδδηφάγοι εἰσίν· ἔνιοι τοὺς ἀσθενεῖς.* Nisi igitur cum G. Curtio (Etym.[2] p. 201) scribere malumus *τερύ*, alius generis formam, quam adjectivum in *υς* exiens, esse vocem *τέρυς* statuendum nobis est. Quae sententia hac potissimum re comprobatur, quod Benfeyus (W.L. II, 261) hoc vocabulum cum *τερύνης* componit, quod eodem fortasse modo, quo *τέρυς*, quamquam cum *ἵππος, ὄνος* nominibus conjungitur, pro substantivo habendum est. Ceterum de etymologia hujus vocis vide Curtium (Etym.[2] p. 201). Deinde aliquid de vocabulo *μῶλυς* delibemus oportet. Hoc enim proprie adjectivum fuisse, tamen, quum etiam substantivi loco usurparetur, substantivi accentum accepisse contendo. Substantivi autem intellectu praeditam fuisse vocem *μῶλυς* et ex voce ab Homero usurpata *μῶλυ* (Od. *κ*, 305), quam neutrum adjectivi hujus genus esse arbitror, et ex glossa Hesychiana *μώλυγερ· τὰ ἄνοζα ξύλα* elucet. Nec vero cùm G. Curtio (Etym.[2] p. 529) hanc formam pro *μώλυες* = *μώλυϝες* positam esse statuerim. Sane *ρ* illud more Laconico ex *ς* ortum esse concedo, tamen *γ* non ex digammo natum, sed ad vocabuli, de quo agimus, stirpem trahendum esse arbitror. Itaque nominativum *μῶλυξ* [67]) sumendum esse persuasum habeo, qui eandem rationem ad *μῶλυς* habet, quam *ὄρυξ* ad *ὄρυς*, *ἔρνυξ* ad *ἔρνυς*, *βλίτυξ* ad *βλίτυς*, *κόϊξ* ad *κόϊς* (Epich. apud Polluc. X, 174), *ἄστριξ* ad *ἄστρις*, juvenix (Plaut. Mil. Glor. 304. R.) ad juvenis [68]). Procul dubio autem, ut significatio, quam Hesychio teste habet, enascatur, ad *μώλυγες* substantivum addendum non est; sed vox potius ipsa substantivi loco posita. Ceterum addi fortasse hoc loco juvabit veteres grammaticos, ubi de accentu adjectivorum in *υς* exeuntium loquuntur, nunquam tria haec nomina *φόλυς, τέρυς, μῶλυς* commemorare. Quare efficitur ipsos judicasse ea proprie huic adjectivorum generi adscribi non posse.

---

67) Ceterum etiam in dialecto Dorica forma *μῶλυξ*, sed genitivo *μώλυκος* praedita reperitur.

68) Etiam nomen Sanscritum kârû (ṚV. I, 11, 6: poeta) = *κῆρυξ* huc pertinere verisimillimum est.

Sequitur πρέσβυς, de qua voce in sententiam eorum discesserim, qui eam ex prãyas (Scr.) = pris (in Latino priscus, pristinus) = πρες et radice jan (Scr.) = γεν, γα natam esse putant. Haec autem derivatio collata forma Cretica πρεῖγυς (cf. Ahr. d. d. Dor. p. 111) maxime probabilis fit. Sunt vero etiam, qui eam ex radice bhû = φυ (esse) cum prãyas composita exstitisse censeant. Sed sive hoc sive illud statuimus, hoc unum constat πρέσβυς esse vocabulum compositum neque suffixo -υς formatum. Ceterum adjectiva πρέσβυς, μῶλυς, φόλυς, θῆλυς suffixo u = υ formata non esse, primo statim conspectu ex eorum declinatione apparet. Adjectiva enim, quae suffixo u utuntur, genitivum in εος, haec autem in υος inflexum praebent. Restat, ut de quinque femininis illis dicamus. Vocem enim μάνυ, quae apud Hesychium explicatur verbis πικρόν· Ἀθαμᾶνες, si nobiscum consideramus Athamanes esse Aeoles, statim praetermittere possumus; nam Aeoles accentum retrahere solere satis notum est; a grammaticis enim traduntur ‚accentum in ultima acutum fugientes traxisse in priores syllabas'. Quam consuetudinem etiam ex Lesbiacorum poetarum fragmentis cognoscere possumus. Sic apud Alcaeum in fragm. 11 (cf. Ahr. d. d. Aeol. append.) habemus πόθον πόλυν, deinde fragm. 19 ὦκυν αἴετον, fr. 29 ἆδυ, fr. 34 πόλλα; apud Sappho fr. 2 v. 3 ἆδυ, fr. 3 v. 1 κάλαν, fr. 37 πόλυ, fr. 44 πόλλῳ; apud Corinnam 8, 4 γλούκου = γλύκυ. Huc accedunt grammaticorum testimonia. Et Joannes quidem grammaticus (244 b. cf. Ahr. d. d. Aeol. p. 11 § 3 n. 3): τὰ δὲ δισύλλαβα, inquit, ὀξυτόνως παρ' ἡμῖν λεγόμενα βαρυτονοῦσιν (scil. Αἰολεῖς οἱ Ἀσιανοί)· οἷον κάλος, ὄξυς, τράχυς (fortasse τρᾶχυς), alia, quibus vocabulis Gregorius Corinthius (ed. Schaefer p. 617) addit: βράδυς, βάρυς. Ceterum, quem locum praetermisit Ahrensius, ὄξυς etiam in Cyrilli lexico (cf. Hesych. ed. M. Schmidt append. 63) legitur, ubi habemus verba: ὠκύς, ταχύς· ὄξυς. Deinde de vocabulo ἔϋ jam Lehrsius (de Aristarchi studiis Homericis p. 384—386) dixit. Hujus autem accentus, si cognatam vocem Sanscritam vásu eodem modo acui consideramus, quod offendat, nihil habet. Jam de femininis λίγεια, θάλεια, ἐλάχεια nonnulla dicenda videntur esse, de quibus jam Lehrsius in quaestionibus suis epicis (p. 166—175) praeclarissime egit. Primum igitur grammaticorum de voce λίγεια sententias

percenseamus. Buttmannus in grammatica sua minore (Berol. 1858) 64, 4, 6 dicit *λίγεια* ad vocabulum etiam apud Homerum usitatum *λιγύς* propter accentum pertinere non posse. Aliter quidem in grammatica Graeca ampliore vol. I p. 248 judicat, ubi *λίγεια* a *λιγύς* deducit. Kruegerus deinde (Gram. Graec. maj. II p. 59) femininum vocabuli *λιγύς* apud epicos esse *λίγεια*, in Bekkeri libris autem *λιγεῖα* testatur. Deinde autem Lehrsium audiamus! Cujus sententia probanda mihi non videtur. Nam *λίγεια* solis scriptoribus epicis tribuendum duco. Ceterum apud Aeoles (cf. Giese d. d. Aeol. p. 184) in versu heroico *Μῶσα λιγαῖα* legitur, quae forma, etiamsi fortasse corrupta est, tamen rectum servavit accentum. Apud Atticos autem hanc vocem ter inveni. Et ex Aeschyli quidem Agam. v. 1146, ubi verba leguntur: *ἰὼ, ἰὼ λιγείας μόρον ἀηδόνος* conjectura assequi nihil possumus, quum genitivi forma *λιγείας* et ex *λιγεῖα* et ex *λίγεια* orta esse possit. Eodem modo de Euripidis Heraclidarum loco (v. 892—893) *λίγεια λωτοῦ χάρις* nihil certi expromere poterimus, quum haec fabula in duobus tantum codicibus nobis tradita sit. In Sophoclis autem Oedip. Colon. v. 671 cum Seidlero (de vv. dochmiacis p. 349: *ἔνϑ' ἁ λιγεῖα*), Reisigio, Hermanno, Passowio, Ahrensio II, 187, Benfeyo (W.L. II, 132), negantibus quidem recentioribus editoribus, *λιγεῖα* scribendum videtur, praesertim quum, quod Elmsleyus ad hunc locum fingit esse, vocabulum *λίγυς* nusquam reperiatur, nisi forte in N. Pr. *Λίγυς, υος*. Jam venimus ad scriptores epicos! In quorum libris vocabula *λίγεια, ϑάλεια, ἐλάχεια* sane in antepaenultima acuuntur. Quare Lehrsius ad accentus singularitatem explicandam haec tria feminina, antequam eorum masculina exstarent, a verbis ficta esse contendit. Sed quum verbum, quod vocabulo *ἐλάχεια* suppositum sit, in lingua Graeca non reperiatur, haec explicatio valde dubia fit; accedit, quod vocis *λίγεια* masculinum *λιγύς* etiam apud Homerum reperitur, quemadmodum etiam forma *ϑαλύς* (cf. Buttm. Gram. Graec. 248 not. ed. II) ex genitivo pluralis *ϑαλέων* (Il. *χ*, 504) et ex verbo *ϑαλύνω* necessario sequitur. Quare cur formam *λιγύς* Lehrsius postea natam esse dicat, quam *λίγεια*, omnino intellegere non possum. Sed si illos Homeri locos percensemus, ubi *λίγεια, ϑάλεια, ἐλάχεια* reperitur, — nam posterioris aetatis scriptores epicos hic non curo, quia Homeri di-

cendi rationem imitari solent — haec nomina fixa et ornantia epitheta esse animadvertimus. *λίγεια* enim, nisi cum vocabulo *φόρμιγξ* conjunctum, non reperitur. Nam, quod reperitur Od. ω 62, *μοῦσα λίγεια* sine dubio, si lectionem illam (Giese p. 184) *Μῶσα λιγεῖα* sequimur, quae ex Homeri illo loco ortum ducere videtur, *λιγεῖα* acuendum est. *θάλεια* deinde apud Homerum semper cum voce *δαίς* conjungitur [69]), quomodo etiam apud Sophoclem in Triptolemo (fr. 539 Dind.) *δαὶς θάλεια* legitur. *ἐλάχεια* denique bis omnino apud Homerum reperitur Od. ι 116 (*νῆσος*), κ 509 (*ἀκτή*) de loco aliquo dictum; nisi forte hymni in Apollinem versum 197 huc trahere vis, ubi *ἐλάχεια* de Diana dicitur, qui locus sane nonnullis viris doctis spurius videtur esse. Quae quum ita sint, sententia mea eo inclinat, ut haec tria vocabula acccedente aliorum femininorum similitudine velut *ἠριγένεια*, *εὐρυόδεια*, *ἀρτιέπεια* (cf. Kühner. A. Gr. p. 509 adn. 3) accentum retraxerint. Sed ne semper quidem hoc factum esse ex eo apparet, quod Lehrsio teste (quaestt. epp. p. 175) hic illic *ἐλαχεῖα* scriptum est. Quod restat sermonis, consumendum erit in nominibus *θαμειαί* et *ταρφειαί* explicandis. Sic enim Aristarchus ea scribi vult (cf. Schol. ad Il. τ 357) quum Pamphilus potius (cf. Schol. ad Il. α 52) *θαμεῖαι* et *ταρφεῖαι* scribenda esse censeat. Nonnulli autem formas *θαμειαί* et *ταρφειαί* a *θαμειός* et *ταρφειός* derivant, adeo, ut Kühner (A. Gr. p. 406) e vocabulis in *ειος* desinentibus praeter haec duo *φατειός* tantum oxytonon esse contendat [70]). Ne tamen longus sim, me Lehrsii de his vocabulis sententiam probare confiteor, qui (de Arist. studd. Hom. p. 259) hoc non casu factum, inquit, quod in hac anomalia ista duo concinunt, quae concinunt in significatione. Ergo persuasi mihi haec duo vocabula, etiamsi adjectiva sunt, tamen aut propter ipsam significationem crebritatis se ad nomina perjectica in *ία* accommodasse aut, quod singularem non praebent, ad alia pluralia similis formae accessisse velut *ἀγυιαί*, *Πλαταιαί*, *Αὐγειαί*.

---

[69]) Aliter apud Pindarum: *μοῖρα θάλεια* cf. Schol. ad Pind. Nem. 9, 18 ed. Boeckh. et Val. Flacc. III, 159.

[70]) Ceterum simili modo etiam *ἀφνειός*, *ἀρνειός*, *νειός*, *συφειός*, *ἀδελφειός* acuuntur, quae Kühnero ignota videntur esse.

